

SYNODUS
DIOCESANA STI LUDOVICI
QUARTA




249.0853
K135
v.4


1902











Digitized by the Internet Archive
in 2012 with funding from
CARLI: Consortium of Academic and Research Libraries in Illinois

<http://archive.org/details/synodusdiocesana00cath>

SYNODUS Dioecesana Sti Ludovici

QUARTA,

habita die 9. Septembris

Anno Domini 1902

a Rev^{mo} et Ill^{mo}

JOANNE JOSEPHO KAIN,

Sti Ludovici Archiepiscopo.

249.0853


113^a


v. 4

514554



STI LUDOVICI.
Apud Cancellarium Dioecesanum
1902.





2793

I.

ACTA SYNODI.

I.

ACTA SYNODO PRAEVIA.

Die 9. Aprilis A. D. 1902 Rmus et Illmus Archiepiscopus Joannes Josephus Kain indixit Synodum Dioecesanam quartam, die 9. Septembris ejusdem anni in Sacello Seminarii Kenrickani celebrandam. Ad eam vocavit omnes e clero Dioecesano quum Saeculares tum Regulares curam animarum in hac Dioecesi exerceentes, monens omnes, ut si quae pro Synodo proponenda haberent, ea alterutri Procuratorum Cleri: Rev. D.D. J. J. McCabe vel F. G. Holweek aperirent.

Ut res maturius tractarentur Rmus simul instituit commissionem praeparatoriam in quam vocavit Revdos D.D. Gul. Faerber, J. H. May, D.D. et Franc. Gilfillan, S. T. L. Hi plures alios sacerdotes sibi cooptaverunt, et repetitis sessionibus ea sollerter deliberabant, quae in Statutis Synodi praeviae vel emendanda vel iis addenda duxerunt. Haec omnia typis exarata Revdis DD. Consultoribus et Rectoribus inamovilibus transmissa fuere ad eorum animadversiones sollicitandas. Demum proposita, iterum emendata, in coetu consultorum praesente Rmo in ultimam formam redacta fuere.

II.

ACTA IN SYNODO.

Die nona Septembris, quae erat feria tertia, hora nona de mane Synodales convenerunt in Sacello Seminarii Kenrickani.

Post Missam de Spiritu Sancto a Rmo Henr. Muehlsiepen, Praelato Domestico S. S. et Vicario Generali celebratam, Litaniis recitatis et cantato hymno Veni Creator, Rmus Archiepiscopus paucis verbis Synodales allocutus est.

Dein lectum fuit Decretum de Synodo aperienda et nomina officialium Synodi promulgata fuerunt.

Lectum fuit Decretum de Professione Fidei emitenda, et ipsa Professio Fidei a D. Secretario recitata, quam omnes Synodales bini ad Rmum accedentes juramento firmabant.

Dein fiebat per Secretarium vocatio nominum cui 239 responderunt. Posthaec instante Promotore lectum fuit Decretum Confirmationis Synodi tertiae una cum emendationibus et novis statutis additis.

Quibus promulgatis Rmus proposuit nomina Examinatorum, qui acclamacione unanime electi fuerunt.

Examinatores electi illico coram Rmo juramentum de munere suo fideliter fungendo emittebant.

Tum Rmus promulgavit nomina Consultorum, quos post propositionem cleri antea factam judicaverat esse seligendos.

Dein reliquos officiales Dioecesanos nominavit.

His peractis Rmus Allocutionem habuit ad Synodales, sub cuius fine commissionem constituit ad succurrentum iis sacerdotibus Dioeceseos, qui ex missionibus sibi creditis ob fidelium paucitatem et paupertatem sustentationem congruam non reciperent.

Lectum fuit deinde Decretum conclusionis Synodi.

Cantato Te Deum Rmus benedictione Episcopali Synodales dimisit.

JOANNES H. MAY,
Sec. Synodi.

OFFICIALES SYNODI.

Promotor:

Rev. Gul. Faerber.

Secretarius:

Rev. Joh. H. May, D. D.

Procuratores Cleri:

Rev. J. J. McCabe.

Rev. Fr. G. Holweck.

Judices Excusationum:

Rmus Henr. Muehlsiepen, Vic. Gen.

Rev. Franc. Willmes.

Rev. Franc. Gilfillan.

Magistri Caeremoniarum:

Rev. Michael L. Ryan, C. M. D. D.

Rev. Emil. Lemkes.

OFFICIALES DIOECSEOS.

Vicarius Generalis:

Rmus Henr. Muehlsiepen.

Cancellarius:

Rev. Henr. Van der Sanden.

Consultores :

Rmus Henr. Muehlsiepen.
Rev. Gul. Faerber.
Rev. P. W. Tallon.
Rev. J. A. Hoffmann.
Rev. J. J. Harty.
Rev. J. H. May.

Examinatores Synodales :

Rev. Gul. Faerber.
Rev. P. W. Tallon.
Rev. Aug. Schilling.
Rev. J. A. Connolly.
Rev. F. G. Holweck.
Rev. Joh. H. May.
Rev. J. J. McGlynn.
Rev. Joh. Rothensteiner.
Rev. Jos. Wentker.
Rev. P. Benedict. Schmidt, O. F. M.
Rev. Jos. Sullivan, S. J.
Adm. Rev. F. V. Nugent, C. M.
“ Rev. Rob. McNamara, C. P.

**Officiales Curiae Episcopalis pro Causis Disciplinaribus
Clericorum.**

Judex: Ipse Rmus Ordinarius vel alius eo deputatus.

Procurator Fiscalis: Rev. Joan. H. May, D. D.

Secretarius: Rev. J. J. Tannrath.

Officiales Curiae Matrimonialis.

Judex: Rmus Vic. Gen.

Defensor matrimonii: Rev. D. J. Lavery.

Secretarius: Rev. J. J. Tannrath.

Censor Librorum.

Rev. F. G. Holweck.

COMMISSIONES.

Pro Seminario Dioecesano.

Rmus H. Muehlsiepen, V. G.
 Rev. Car. Ziegler.
 Rev. Gul. Faerber.
 Rev. J. Ed. Shea.
 Rev. P. W. Tallon.
 Rev. Joh. H. May.

Pro Conferentiis Theologicis.

Rev. Gul. Faerber.
 Rev. Joh. H. May.
 Rev. Fr. Gilfillan.

Commissio Scholarum.

Rev. J. Ed. Fenlon.
 Rev. Henr. Hukestein.
 Rev. Urban. Stanowski.

Pro Confraternitatibus, Indulgentiis, etc.

Rev. F. G. Holweck.
 Rev. J. A. Connolly.
 Rev. Pater Congregationis SS. R.

Pro Sustentatione Miss. Pauperum.

Revmus H. Muehlsiepen, V. G.
 Rev. Fr. Goller.
 Rev. M. W. Tobyn.
 Rev. J. E. Shea.
 Rev. Urban. Stanowski.

CATALOGUS SYNODALIUM.

I. E Clero Saeculari.

Rmus D. Henr. Muehlsiepen, Vic. Gen.

Rev. Dni:

A. M. Acker	J. T. Coffey
H. J. Adrian	J. Collins
T. J. Aylward	J. A. Connolly
J. B. Bachmeyer	Th. Cooney
M. Bahr	E. Coyle
B. J. Benten	E. J. Dempsey
E. Berry	T. Dempsey
J. B. Beth	M. Denner
F. Bettels	Th. A. Dette
C. A. Bleha	F. A. Diepenbrock
F. Boehm	J. J. Dillon
E. A. Bolger	D. A. Donovan
J. Bonkamp	P. Dooley
P. Bradly	M. Duchon
S. J. Brady	C. Einig
G. H. Brand	F. J. Ernst
F. M. Brand	H. Fabry
H. Brockhagen	W. Faerber
C. Broekmeier	C. Fehlig
M. Busch	J. T. Feltmann
C. H. Canning	G. Fick
P. Carney	J. T. Foley
E. A. Casey	G. Fugel
J. Casey	J. Fugel
D. J. Clarke	J. J. Furlong

Rev. Dni:

J. L. Gadell
 E. F. Gallaher
 A. Garthoeffner
 A. Gass, D. D.
 T. Gavin
 H. Geers
 H. A. Geisert
 Fr. Gerhold
 Fr. Gilfillan
 J. H. Girse
 D. Gleeson
 J. A. Glingler
 F. Gnielinski
 J. J. Godfrey
 F. Goeke
 Fr. Goller
 H. Groll
 P. Gross
 J. Gruender
 J. L. Haar
 J. J. Harty
 J. J. Head
 R. Healy
 M. J. Helmbacher
 J. Hennes
 G. W. Hoehn
 J. H. Hoeschen
 J. A. Hoffmann
 F. G. Holweck

Rev. Dni:

F. J. Holweck
 A. Holtschneider
 O. J. Hoog
 H. Huckestein
 J. J. Hurley
 H. Hussmaun
 H. Jaegering
 P. J. Kane
 F. M. Keilty
 C. Keller
 E. Kern
 J. M. Kern
 H. H. Kister
 F. Klein
 W. Klevinghaus
 G. Koob
 W. Kotte
 J. Krechter
 J. F. Krieger
 J. Kroeger
 H. A. Kuennen
 G. Kuhlmann
 P. Kurtenbach
 L. Kutz
 L. N. Larche
 D. J. Lavery
 E. J. Lemkes
 F. J. Lloyd
 J. S. Long

Rev. Dni:

J. Lubeley
J. Lyons
P. Lyons
J. J. McCabe
M. J. McCabe
V. McCartney
W. M. McFaul
J. J. McGlynn
R. J. McKeown
M. J. McLaughlin
J. H. May, D. D.
A. Mayer
A. Mercer
H. Minges
C. J. Moenig
M. B. Morrissey
T. Moynihan
H. Muckermann
H. Mueller
Th. Mullen
J. T. Mulvihill
J. Murphy
J. Nekula
H. Nieters
M. Noemi
W. Noonan
J. Nugent
J. J. O'Brien
F. J. O'Connor

Rev. Dni:

M. O'Flaherty
C. O'Leary
P. O'Loughlin
A. O'Reilly
Th. V. O'Reilly
J. J. O'Reilly
P. J. O'Rourke
J. O'Shea
N. Orfei
A. Pauk
J. Peters
H. C. Petri
D. S. Phelan
J. B. Pleus, D. D.
J. A. Pope
J. Preuss
E. Pruente
Ph. Pudlowski
L. Puffer
P. F. Quigley
G. A. Reis
F. X. Reker
W. J. Rensmann
J. T. Reuther
J. A. Richarz
J. Rothensteiner
E. F. Salland
C. Schaefer
J. Schaefers

Rev. Dni:

B. H. Schlathoelter
 L. Schlathoelter
 J. Schmidt
 W. A. Schmidt
 M. Schneiderhahn
 J. Schramm
 J. Schroeder
 F. H. Schulte
 W. C. Schulte
 J. A. Schulz
 J. Sellinger, D. D.
 S. Sennerich
 M. T. Sevcik
 E. J. Shea
 W. M. Shea
 J. F. Shields
 J. Siebert
 O. J. Siesener
 C. Spigardi
 U. Stanowski
 L. Stefl
 V. Stepka
 J. F. Stevens
 B. S. Stolte

Rev. Dni:

G. J. Sudeik
 D. J. Sullivan
 J. J. Tannrath
 M. J. Taylor
 J. H. Thobe
 M. W. Tobyn
 J. J. Toomey
 J. A. Tracey
 A. Von Brunn
 H. Wagener
 M. Walsh
 T. J. Walsh
 J. Watson
 J. Wehner
 J. Wentker
 L. C. Wernert
 J. White
 A. Wigger
 P. Wigger
 P. Wigger
 F. X. Willmes
 E. J. Wynne
 C. Ziegler
 S. J. Zielinski

II. E Clero Regulari.

Adm. Rev. F. V. Nugent, C. M.	
“ “ Hugol. Storff, O. F. M.	
“ “ Dan. Mullane, C. SS. R.	
Revdi Dni:	F. J. Vallazza, S. J.
Alph. Bergener, O.F.M.	A. Asmuth, C. M.
Dion. Czech,	W. J. Barnwell, “
Dam. Erkens,	E. N. Hopkins, “
Arsen. Fahle,	P. Bregenzer, C.SS.R.
Timoth. Magnien,	W. Carroll, “
Servat. Rasch,	J. A. Firle “
Bened. Schmidt,	J. Henry, “
H. Bronsgeest, S. J.	G. Mahoney “
F. G. Hillmann,	Ch. J. Maddox, “
C. J. Lagae,	“

ABFUERUNT.**E Clero Saeculari.**

Adm. Rev. Dn. J. Hessoun

Rev. Dni:

R. Brady	P. Cooney
P. Bremerich	P. J. Crane
M. S. Brennan	J. Cruse
C. E. Byrne	D. L. DeCeunynck,
P. J. Byrne	C. Even
P. F. Cahill	E. Fenlon
M. Collins	J. C. Granville
M. D. Collins	A. J. Happe

Rev. Dni:

H. Hassel
 J. J. Hughes
 Fr. Hundhausen
 A. Jasper
 F. J. Jones
 C. J. Kane
 H. Kellersmann
 L. Kernan
 P. J. Lotz
 O. J. McDonald
 J. Muehlsiepen
 C. Mueller
 B. O'Reilly
 P. F. O'Reilly
 H. O'Reilly
 F. Peters
 H. Pigge
 Fr. Pommer
 G. D. Power

Rev. Dni:

W. E. Randall
 A. J. Rohling
 M. Rupprechter
 J. J. Ryan
 A. H. Schaefer
 A. Schilling
 C. H. Schlefers
 H. Schrage
 J. Sheil
 B. Stemker
 J. A. Stroombergen
 P. W. Tallon
 J. Tetteremer
 C. Tinstrup
 J. T. Tuohy
 H. Van der Sanden
 C. Van Tourenhout
 J. Waeltermann

E Clero Regulari.

Adm. Rev. J. Grimmelmann, S. J.

" " Th. Smith, C. M.
 " " Rob. McNamara, C. P.
 " " D. W. Kenrick, C. M.

II.

STATUTA SYNODI.

DECRETUM PRAELIMINARE.

Decreta omnia Concilii Plenarii Baltimorensis tertii jam pridem promulgati, iterum hisce promulgamus, et ab omnibus ad quos spectant, fideliter servari jubemus.

Statuta quoque omnia Synodi tertiae Sti Ludovici hisce iterum promulgamus et confirmamus, praeter ea, quae mutanda duximus. Insuper visum est quaedam quum ex Appendice tum ex aliis locis ejusdem Synodi transumpta in texto propriis locis inserere, et nova quaedam Statuta addere, quae una cum emendationibus memoratis hisce promulgamus et promulgata declaramus.

Ne vero facilius in oblivionem veniant salutares istae leges, omnes Nostri sacerdotes quum Concilii Baltimorensis Plenarii tum hujus Synodi decreta pree manibus habeant et frequenter perlegant.

C A P U T I.

DE CULTU DIVINO.

I. De Sacris Caeremoniis.

1. ***Libri liturgici.*** Volumus, ut omnes sacrae functiones quum Divini Officij tum administrationis sacramentorum adamussim peragantur secundum libros liturgicos a Summis Pontificibus editos et praescriptos, sepositis quibuscumque ritibus particularibus et consuetudinibus in contrarium. His libris pro nostris provinciis accensendus est: “*Ceremonial for the use of the Catholic Church in the United States,*” jussu Patrum I. Concilii Baltimorensis elaboratus et a Gregorio XVI. approbatus.

II. De Sacrificio Missae.

2. ***Missa quotidie cel.*** Omnes Nostros in sacro ministerio consacerdotes in Domino monemus et obsecramus, ut, in quantum fieri potest, quotidie, et quidem, in fidelium commodum, hora statuta, Missam celebrent.

3. ***Materia genuina.*** Curent sacerdotes ut hostiae in sacrificio adhibendae e pura farina triticea et aqua naturali confieantur. Ad vinum quod spectat, praestat vinum "nativum" comparare vel ab ipsis vitis cultoribus vel a negotiatoribus (venditoribus) fide dignis. Insuper monemus, usum vini dulcis, quod spiritum (alcohol) ultra proportionem duodecim per centum continet, in ordine ad missae sacrificium a S. Inquisitionis Congregatione esse prohibitum.
4. ***Extranei celebrantes.*** Omnes sacerdotes, qui in Nostra dioecesi ecclesias regunt, monemus, ne cui presbytero extraneo missam celebrare vel verbum Dei praedicare sine speciali Nostra vel Vicarii Generalis Nostri venia permittant, nisi vel alias sit ipsis bene notus, vel authenticas literas testimoniales a suo Ordinario datas secum afferat.
5. ***Missae fundatae.*** Ne numerus missarum fundatarum singulis annis die certo in ecclesia determinata in perpetuum dicendarum nimis accrescat neve onus pro illis ecclesiis nimis ingravescat, taxami pro talibus missis, si sint privatae, ad centum seutata semel numeranda constituimus; pro missis vero cantatis vel solemnibus pro singulis casibus

ad Nos recurrendum erit. Insuper moneamus, ut tales fundationes illico cum in registris ecclesiae inscribantur, tum ad Cancellarium Nostrum referantur inserendae archivio archiepiscopali.

6. **Benedictiones in Missali.** In qualibet ecclesia, apud quam residet rector, fieri debet et quidem ab ipso sacerdote missam celebrante, benedictio candelarum in Festo Purificationis S. Mariae, benedictio cinerum feria IV. Cinerum, benedictio palmarum in Dominica Palmarum et fontis baptismalis cum Sabbato Sancto tum Sabbato in Vigilia Pentecostes. Item absolutio pro defunctis post missam cantatam ab ipso celebrante peragenda est.
7. **Missa in nocte Nativ. Dom.** Cum rerum adjuneta non sinant Missam in Nocte Natalis Domini in ecclesiis publicis celebrari, ob plura incommoda quae exinde sequi possint, vetamus ne Missa in Natali Domini ante quartam horam mane celebretur in ecclesiis publicis, sive in civitatibus sive ruri. Capellas monasteriorum, quae privatae sunt, hac regula comprehendi minime volumus. Meminerint tamen sacerdotes, in iis sacellis privatis ea nocte celebraturi, nullo modo licere, absque speciali privilegio Sedis Apos-

toliaeae, quod probari debet, minime autem praesumi, sacram Eucharistiam in ea missa astantibus porrigere, sed expectandum ab iis esse usque ad missam in aurora dicendam, si velint Corporis Domini participes fieri.

8. ***Thurif. in Miss. cant.*** Per decretum Sacrae Rituum Congregationis, 12. Jan. 1897, nostrae archidioecesi in perpetuum concessa est facultas adhibendi thurificationem in Missis quae ob defectum Sacrorum Ministrorum in festis duplicibus primae et secundae classis absque Diacono et Subdiacono celebrantur.

Hoc privilegium per decret. d. d. 15. Julii 1902 extensum est ad diem Commemor. Omnium Fidelium Defunctorum et ad Missas exequiales—ad quinquennium.

9. ***Missa vot. SS. Cordis.*** In ecclesiis vel oratoriis, ubi fer. 6., quae prima in unoquoque mense occurrit, peculiaria exercitia in honorem Divini Cordis, approbante loci ordinario, mane, (sive ante Missam; vel ejus tempore, vel post missam) peraguntur, celebrari potest unica M. votiva (cantata vel lecta) de SS. Corde Jesu, albo colore, et cum una tantum or. Gl. Cr. Praef. de *Cruce* et evang. S. Joannis in fine. Prohibetur tamen haec missa: 1. Omnibus diebus festis D. N.

J. Ch. et in festo Purificat. B. M. V. 2.
Omnibus diebus 1. cl. 3. Infra oct. Epiph.
Paschae et Pent. 4. Fer. 6. in Parasceve et
Vigilia Nativ. Dni et Epiphaniae. 5. In
Comm. Omn. Fid. Defunct.

III. De Cultu SS. Eucharistiae.

10. *Benedictio cum SSmo.* Ad augendam
devotionem erga SS. Eucharistiae Sacra-
mentum indulgemus, ut solemnis Benedictio
cum SS. Sacramento ritu Romano dari pos-
sit in omnibus ecclesiis et sacellis, semel
eodem die, sequentibus diebus:

In dominicis et festis de pracepto.

In omnibus aliis festis I. et II. classis.

Bis in hebdomada per Quadragesimam
praeter Dominicam.

Ter in hebdomada mense Majo, primo
insuper et ultimo die ejusdem mensis.

Quotidie per octavam Corporis Christi.

Prima feria VI. uniuscuiusque mensis.

Quotidie per mensem Octobrem, si Rosa-
rium recitetur extra missam.

In festis piarum societatum.

Primo et ultimo die anni scholastici.

Quoties oratio habetur ad populum.

Per dies novenarum vel triduorum solem-
nium.

Quotidie tempore missionis vel exercitio-
rum spiritualium.

- 11. *In festo Corp. Christi.*** In festo Corporis Christi benedictio cum SS. Sacramento potest dari post Missam cantatam, vel, si fiat processio, semel vel iterum in via et post redditum processionis in ecclesiam. Insuper post Vesperas ejusdem diei.
- 12. *Processio in f. Corp. Chr.*** In festo Corporis Christi processio cum SS. Sacramento in civitatibus ne progediatur ultra praedium ecclesiae, neve producatur per vias civitatis, ad praecavendum periculum profanationis tanti Sacramenti. In regionibus ruralibus vero, ubi tale deest periculum, processio fiat maxima solemnitate.
- 13. *Expositio per Octavam.*** Expositio SS. Sacramenti ante sacrificium missae per Octavam Corporis Christi quotidie fieri potest, etiamsi missa sit privata tantum et non cantata; item per totam octavam benedictio cum Sanctissimo impertiri potest bis in die.
- 14. *Oratio 40. horarum.*** Volumus ut Oratio Quadraginta Horarum in unaquaque ecclesia vel sacello publico, ubi haberi potest, omni solemnitate qua par est, tempore a Nobis per cancellarium designato celebretur.

- 15. *Lampas coram SSmo.*** Coram Sanctissimo lampas semper accensa habeatur, ex oleo olivarum nutrita vel saltem ex aliis oleis “vegetabilibus.”

Hinc usum olei quod vocant “Kerosene” districte prohibemus.

- 16. *Gas et lux electr.*** Prohibemus quominus in ecclesia sacerdotes loco candelarum vel inter candelas utantur lumine quod vocatur “gas”, sive luce electrica. Permittitur usus talium luminum extra vel supra altare, splendoris causa, nunquam vero in loco pro candelis reservato.

IV. De Praedicatione Verbi.

- 17. *Singulis Dominicis.*** Omnibus Dominicis et festis de praecepto sermo ad populum habendus, saltem in missa majore, tempore aestivo non excepto. Si plures pro populo missae regulariter in eadem ecclesia celebantur, in unaquaque, praeter majorem, vel homilia brevissima habeatur, vel saltem evangelium legatur lingua vernacula, una cum publicationibus de diebus jejunii, abstinentiis et festis per hebdomadam occurrentibus.

- 18. *Quomodo praedicandum.*** Pastores animarum debent meminisse, inter eorum officia

Verbi Divini praedicationem praecipuum locum habere. Quapropter ad hoc munus rite implendum se sedulo praeparent, et nil divini ministerii dignitate et gravitate indignum in suis ad populum concionibus admittant. Studeant plane et enucleate potius quam ambitiose dicere quae fidelibus annuntiare debent. Prae ceteris autem instructio-
num generibus ament de catechesi, etiam inter missarum solemnia, verba facere, aut saltem conciones de fidei mysteriis officiisque fidelium eo modo habere, qui ad formam catecheticam maxime accedit. Experientia enim constat huiusmodi instructionum genus maxime necessarium esse ad populum rite instituendum, et fructus uberrimos in audi-
entium cordibus parere consuevisse.

- 19. *Quid evitandum.*** Caveant pastores, ne ad privatam injuriam ulciscendam sacro loco et tempore abuti audeant, neve ante vel infra vel post concionem saepe saepius verba de pecuniis faciant. (*Conc. Pl. Baltim. III. 215.*)
- 20. *S. Missiones.*** Summum Pastorem Pium IX. secuti desideramus, ut, ubi fieri potest, singulis quinquenniis sacrae missiones in unaquaque Nostrae dioecesis parochia pera-
gantur.

V. De Festorum Observantia.

21. **Festa de praecepto.** Festa de praecepto eo modo et aequa ac Dominicæ peragenda sunt. In civitatibus autem prima missa summo mane pro operiorum opportunitate legi debet.
22. **Festa abrogata.** Festa principaliora per annum, quae his in regionibus non amplius sunt de praecepto, ut Epiphania, Annuntiatio S. Mariae, S. Joseph, etc. volumus, ut celebrentur cum aliqua solemnitate, missa saltem cantata, ubi fieri poterit.
23. **Fest. Titulare ipsa die.** Volumus, ut festum Titulare uniuscuiusque ecclesiae publicae solemniter et ritu debito primæ classis cum octava celebretur ipso die, quo annuntiatur in Martyrologio Romano; licet enim officium alieuius sancti pro tota dioecesi perpetuo in diem fixum transferatur, ecclesiae et loca, quorum ille est Patronus, eundem propria die celebrare possunt et debent.
24. **Solemnitas ext. Dominica.** Solemnitas exterior vero, quamvis in ipso festo jam facta sit, transferenda est in Dom. sequentem, vel, ea festo vel Dom. I. classis impedita, in Dom. antecedentem, et canitur Missa votiva solem-

nis de Titulari. In hac Missa dicitur Gloria et Credo, et si unica sit, fit commem. Dominicæ tantum, et legitur ejus Evangelium in fine; si vero duae vel plures Missae dicantur, nulla fit com. Dom. et ult. Evang. est Sti Johannis.

Quod etiam valet pro festo Sti Ludovici, Dioecesis, Civitatis et Ecclesiae Cathedralis Patroni principalis. (Ex Decr. 15 Jul. 1902.)

25. *Liturgia Tridui sacri.* Liturgia Tridui Saeri absolvetur ad normam sequentem:

- 1) In ecclesiis parochialibus functiones matutinae, hisce diebus, diacono et subdiacono ministrantibus, ubi fieri potest, celebrentur.
- 2) Quod si functiones eo ritu quo ab Ecclesia praescribuntur haberi nequeunt, ad normam Memorialis Rituum Benedicti XIII. peragi debent.
- 3) Haberi potest hujus Tridui solemnitas etiam in sacellis quasi-publicis si adsit ministrorum (servers) copia.
- 4) Missa canticata feria quinta (hebdomadae sacrae) haberi nequit nisi functiones sacrae etiam biduo sequenti celebrentur.
- 5) In ecclesiis parochialibus ubi tres vel quatuor ministri desunt, Ordinarius facultatem celebrandi missam privatam feria quinta, concedere potest, quae facultas ab Ordinario annuatim expostulanda est.

6) In sacellis conventuum vel hospitalium missa privata, in qua membra conventuum vel aegroti communioni paschali satisfaciant, celebrari potest.

7) Sabbato Sancto missa nullimode est celebranda nisi duobus diebus praecedentibus functiones sacrae habitae sint.

26. *Processiones in Missali.* Volumus ut, juxta Missalis praescriptum, Processio sacra fiat, saltem intra ecclesiam, die festo Purificationis B. M. V., in Dominica Palmarum, diebus Rogationum et in festo Sti Marci Ev. Ubi vero Processio fieri nequeat diebus Rogationum et in festo Sti Marci, Litaniae Sanctorum saltem ante Missam, publicè aut cantentur aut recitentur et fideles Dominica antecedenti moneantur his precibus interesse, quod ut facilius velint, explicit sacerdotes quid sibi velint istae preces, et quarenam ab Ecclesia jussae sint.

27. *Devotio per mens. Majum.* Commendamus, ut quotidie per meusem Majum pia exercitia in honorem B. Mariae V. habentur, sive post missam, sive alio diei tempore.

28. *Devot. per mens. Octobr.* Ex praecepto Summi Pontificis per integrum mensem Octobrem usque ad 2. Novembris quotidie

in ecclesiis Rosarium, i. e. tertia ejus pars, una cum Litanis Lauretanis et oratione in honorem S. Joseph recitetur, sive per missam, sive alio diei tempore, et tunc SS. Sacramento quoque exposito. Preces vero quotidiana post omnes missas privatas de mandato apostolico dicendae, mense Octobri non omittendae sunt.

- 29. *Devot. per Quadrages.*** Per Quadragesimam duabus saltem vicibus per hebdomadam, ruri semel, habeatur devotio publica in ecclesia cum sermone aut via S. Crucis.
- 30. *Devot. per mens. Mart.*** Maxime commendamus ut in ecclesiis, ubi fieri potest, mense Martio, specialis devotio quotidiana in honorem Sancti Joseph habeatur aut saltem festo ipsius triduum praemittatur.
- 31. *Novemdiales ante Pentec.*** Vigore encyclica Leonis XIII. "Divinum illud munus," Mar. 9. 1897, decernimus et mandamus ut in omnibus ecclesiis parochialibus et sacellis publicis, singulis annis, supplicatio novemdialis ante Pentecosten fiat.

VI. De Exequiis et Sepultura.

- 32. *Rit. Rom. servandum.*** In sepultura mortuorum accurate servandae sunt ceremoniae Ritualis Romani.

- 33. *Ritus Exequiarum.*** Si fieri potest, imprimis in ecclesiis ruralibus, sacerdos corpus ad coemeterium comitabitur. Si celebrans et clerus funus ad coemeterium non comitentur, ut ob ejus distantiam, praecipue in civitatibus, fieri solet, tota ceremonia compleatur in ecclesia, quae facienda esset apud tumulum, nisi adsit capellanus coemeterii.
- 34. *Crematio Corporum.*** Iis quibus, secundum Rituale Romanum, ecclesiastica sepultura deneganda est, adnumerandi sunt etiam omnes qui propria voluntate cremationem elegerunt, et in hac voluntate certo et notorie perseveraverunt. Nec pro iis licet applicare missas publice sed privatim tautum. Quoties vero agitur de iis quorum corpora non propria ipsorum sed aliena voluntate cremationi subjiciuntur, Ecclesiae ritus et suffragia adhiberi possunt, remoto scandalo, tum domi, tum in ecclesia, non autem usque ad cremationis locum. Scandalum vero removeri potest, si notum fiat cremationem non propria defuncti voluntate electam fuisse. (Deer. S. R. et U. Inq. 27. Jul. 1892, et a SSmo conf. die sequenti.)
- 35. *In dubio consul. Ordinarius.*** Ubi de sepultura deneganda dubium occurrerit, Ordinarius consulatur; quod si fieri non pote-

rit, in partes lenitatis et misericordiae pro-pendeat judicium.

- 36. *Peccatores publici.*** Ad omnes praecavendos abusus statuimus, Ecclesiae honores iis habendos non esse catholicis, qui impietate sua, seu habituali religionis Catholicae neglectu, vel contumaci contra leges Ecclesiae inobedientia, aut gravi quodam crimine, publice ac notorie Ecclesiam inhonorarunt, atque ante publicam scandali reparationem morte decesserunt. Si forte tamen praesumi possit tales decedentes desiderium habuisse sacramenta recipiendi, tunc preces exequiales super corpus defuncti privatim recitare (sine cantu et solemnitate) atque missam pro anima defuneti privatim offerre, corpusque in coemeterio catholico sepelire licebit.
- 37. *Exequiae parvolorum.*** Maxime cupimus, ut in hac dioecesi introducantur, ubi-cunque nondum in usu sunt, ecclesiastica parvolorum funera. In quibus exequendis ob-serventur regulae Ritualis Romani. Parvuli qui usus rationis capaces fuere, sepeliendi sunt, ex parte ecclesiae, more adultorum. Pueri non censentur usum rationis adepti, qui septimum annum non compleverunt.

CAPUT II.

DE SACRAMENTIS.

I. De Sacramentis in genere.

- 38. *Dignitas Sacramentorum.*** Sacraenta Novae Legis, cum totidem sint fontes gratiae Christi, omnis sacerdos, “dispensator mysteriorum Dei”, non solum rite ac sancte administrare sed et animos fidelium de eorum dignitate et ubertate instruere tenetur. Nusquam forsitan de hisce rebus clarius tractatur quam in Catechismo Concilii Tridentini ad Parochos, quem ad manum omnes Nostros sacerdotes habere magnopere optamus.
- 39. *Rituale Rom. servand.*** In Sacramentorum administratione adamussim Rituale Romanum observetur. Commendamus vero, ut omnes sacerdotes praeter Excerpta ex Rit. Rom., quibus generaliter utuntur, habeant etiam et quotannis perlegant Rituale completum.
- 40. *Lingua Latina adhib.*** “Quae ad administrationem Sacramentorum formulae

pertinent, debent *latino idiomate omnino exprimi*, exceptis patrini et matrinae responsionibus in Sacramento Baptismi, et verbis consensus conjugum in Sacramento Matrimonii". (Decr. S. R. C. Ratisb. 15. April. 1880) Sed quandoque, praesertim si adstant acatholici, preces sacramentales necnon et exequiales lingua latina jam recitatas, in linguam vernaculam vertere juvat.

- 41. *Vestes sacrae adhib.*** Quando in ecclesiis sacramenta administrantur, volumus ut vestis talaris et superpelliceum adhibeantur, et desuper stola ejus coloris quem sacramenti ritus exposcit. Quando vero in aedibus privatis conferuntur, eadem sacra indumenta quantum fieri poterit adhibeantur; in omni casu stola saltem deferatur, nisi necessitas id prorsus impedit.
- 42. *Asservatio Oleorum Sacr.*** Sacerdotes omnes in memoriam revocare debent olea sancta reverenter esse servanda, et absque gravi causa, semper in loco tuto, decenti et semper sub clavi teneri omnino oportere.
- 43. *Jura Rectorum.*** Licet rectores nostri nondum veri parochi sint, et ideo administratio baptismi, viatici, extremae unctionis et matrimonii de jure communi ipsis non reser-

vetur, tamen stricte praecipimus ut jura rectorum eodem modo serventur ac si veri parochi essent.

II. De Baptismo.

- 44. *Fontes baptismales.*** Juxta universalem ecclesiae praxim statuimus, ut quamprimum fontes baptismales in omnibus ecclesiis erigantur et sub clave custodiantur, prope quos omnia quae ad administrationem sacramenti Baptismatis pertinent, nitide serventur.
- 45. *Patrini.*** Patrinus saltem unus sub gravi adhiberi debet, neque licet plures quam duos adhibere, quorum unus sit vir, altera mulier. — Sacerdos de patrinorum idoneitate inquirat, priusquam ad baptizandum procedat ad praecavendum scandalum, si eos rejicere teneatur.
- 46. *Nomina imponenda.*** Nomina baptizandis imponenda, in quantum fieri potest, sint nomina Sanctorum — neve admittantur obscena, fabulosa aut ridicula, vel inanium deorum vel impiorum ethnicorum. Si plura et diversa nomina sacerdos admittere censuerit, saltem unum sit Christianum.

In hoc casu sacerdos in prima interrogazione omnia nomina exprimat, in sequenti-

bus autem formulis et precibus nomen tantum Christianum repeatat. In libro autem baptismatum omnia nomina recenseantur.

- 47. *Libri baptismorum.*** Meminerint sacerdotes quam magni sit momenti, ut in libro Baptismatum inscribantur nomina omnium quos non solum solemniter verum etiam privatim vel sub conditione baptizaverunt; quod vel immediate vel semper quam maturime faciendum districte jubemus.
- 48. *Ubi baptizandum.*** Praecipimus ne unquam sacerdotes extra ecclesiam hoc Sacramentum conferre audeant, praeter mortis imminentis periculum, in urbibus unam vel plures ecclesias habentibus. Ruri vero propter nimiam distantiam ab ecclesia vel aeris intemperiem vel alias gravissimas causas liceat sacerdotibus pro eorum prudentia et conscientia infantes domi baptizare cum omnibus caeremoniis.
- 49. *Baptismus privatus.*** In aliis vero casibus, quum Baptismus privatus, ob mortis periculum domi conferendus est, sacerdos stola alba indutus, omissis ante Baptismum dici vel peragi solitis, catechumenum statim trina vel etiam una aquae infusione rite baptizet. Postea vero, si tempus suppetat, et ad manum chrisma habeatur, liniat eum in

verticee, linteolum candidum imponat, can-delamque incensam ei porrigat. Semper admoneat parentes de obligatione caeremonias supplendi, si parvulus convaluerit. In supplendis autem ritibus omissis, ordo in rituali praescriptus, servandus est.

50. ***Quantocius baptizandum.*** Quoniam baptisci Sacramentum omnino ad salutem est necessarium, maxima in eo conferendo requiritur diligentia, nec unquam sine culpa non adhibetur. Ideo moneantur parentes ut natos infantes infra hebdomadis spatium ad ecclesiam deferant baptizandos.
51. ***Neo-conversi.*** In neoconversis ad fidem excipiendis ea omnia serventur quae in instructione a Congr. S. Officii die 20. Iulii 1859 tradita habentur, quaeque referuntur in Supplemento Rit. Rom. pro Provinceis Americae Sept. Foeder.
52. ***Baptism. adulorum.*** Licet sacerdotibus nostris in baptismo adulorum formulam pro parvulis adhibere, usque dum S. Sedes aliter statuerit. (*Ex Dcrr. 6. Febr. 1859.*)
53. ***Caeremon. suppletio.*** Quando haeretici adulti prius valide baptizati ad fidem convertuntur, exigendum non est, ut caeremoniae omissae suppleantur. Si tamen id valde desiderant, liberum erit eas supplere.

- 54. *Confess. integra neoconv.*** Meminerint sacerdotes qui neoconversorum professionem fidei excipiunt legem de *integra confessione sacramentali* facienda a neoconversis sub conditione baptizatis nunc temporis esse universalem et non solum in Anglia valentem. (*Resp. S. C. Prop. Fid. Jul. 12. 1869.*)
- 55. *Infantes acatholicorum.*** Acatholiceorum infantes quos ipsi parentes afferunt baptizandos, licet baptizare, quoties probabilis spes affulget catholicae eorum educationis. Curandum vero omnino est, ut patrinus vel matrina iique catholici habeantur.
- 56. *Instruct. Obstetricum.*** Curent sacerdotes ut fideles adhibeant, si fieri poterit, obstetrices et medicos catholicos, propter rationes obvias. Praeterea curent, ut omnes fideles, praesertim medici, nutrices atque obstetrices privati baptismatis conferendi modum rite calleant.
- 57. *Olea nova adhib.*** Rituale Romanum sacerdotes, sacramentorum ministros, monet, ne veteribus oleis, nisi necessitas cogat, ultra annum utantur; sed sacrum chrisma et sanctum oleum, quod et catechumenorum dicitur, quorum usus est in Baptismo, necnon et sacrum oleum infirmorum, eodem anno sint ab Episcopo de more benedicta in

Feria V. in Coena Domini. Non licebit proinde semel elapsis diebus decem a Feria V in Coena Dni. eujusque anni chrismate vel oleis uti, quae praecedenti anno benedicta fuerunt. Curet immo unusquisque Rector ut, si fieri possit, Sabbato sancto eujusque anni ad Fontem Baptismalem benedicendum novis oleis non careat.

- 58. *Benedict. post partum.*** Benedictio post partum semper conferatur in ecclesia vel in loco ubi Sacrum fit: nisi puerpera longius ab ecclesia habitet, quam ut eam sine magno incommodo adire valeat. — Nunquam vero illegitimae matri conferatur illa benedictio, nisi ex publica denegatione scandalum oriaturum praevideatur.

III. De Confirmatione.

- 59. *Sermo de Confirm.*** Animarum rectores circa festum Pentecostes vel alio tempore bene viso fideles suos edoceant de Sacramenti Confirmationis divina institutione, de ejus dignitate atque salutaribus effectibus, ita ut adulti, qui hoc sacramentum quaecumque ex causa nondum suscepint, ad illud digne suscipiendum tandem alliciantur, et parentes maximam dent operam, qua liberi temporibus statutis ad idem Sacramentum bene instructi ac pie accendant.

- 60.** *Instructio confirmandorum.* Rectoris est sive per se, sive per suum assistentem sacerdotem, liberos aliosque Confirmationem suscepturos omni qua par est diligentia instruere et praeparare.
- 61.** *Aetas confirmand.* Ad hoc Sacramentum suscipiendum ordinarie non sunt admittendi, nisi qui annum aetatis decimum attigerint, et ad primam Communionem aut jam accesserint aut proxime sint accessuri.
- 62.** *Patrini.* Patrini munus in Confirmatione obeat unus tantum sive vir sive mulier juxta sexum confirmandi.
- 63.** *Libri confirmatorum.* Liber in unaquaque Ecclesia vel Missione haberi debet, in quo nomina confirmatorum eorumque patrinatorum describantur, haud minori cura quam quae solet et debet in libro Baptizatorum conficieendo adhiberi.
- 64.** *Nomina confirmand.* Quandocumque hoc Sacramentum plurimis administrandum erit, schedulas quasdam quibus nomina Confirmandorum inscribantur, singulis a sacerdote dari convenit, quas Episcopo sacramentum administraturo exhibeant candidati. Parochi ne omittant confirmandos monere, ut ex consuetudine Ecclesiae in Confirma-

tione nomen alicujus sancti addant nomini quod in Baptismo acceperunt.

- 65. *A parocho adducendi.*** Ordinarie pueri a Pastore vel ab alio sacerdote, cum pastoris permissione ad Confirmationem adducantur.

IV. De Eucharistiae Sacramento.

- 66. *Devotio erga SS. Sacr.*** Quanta reverentia Sanctissimo Sacramento, praecipuo pignori Divini erga nos amoris, sit ab omnibus semper exhibenda, neque mente concipi neque verbis exprimi potest. Curet et summis assiduisque viribus contendat fidelis Christi minister, ut omnium cordibus injiciat tenerimam devotionem erga SS. Eucharistiam, fidelesque edoceat fructus salutiferos frequentis Communionis necnon et praxis Sanctissimum visitandi.

- 67. *Asservatio in Ecclesiis.*** In unaquaque Ecclesia apud quam habitat sacerdos SS. Eucharistiam servari licet et oportet.

- 68. *Asservatio in dom. Religios.*** Permittimus ex facultate Apostolica Nobis concessa, ut in Oratoriis sororum religiosam domum habentium, dummodo in ea quatuor personae commorentur, asservari valeat SS. Eucharistiae Sacramentum in Tabernaculo decenter extracto et ornato, cuius clavis a presbytero retineatur.

- 69. *Ne color niger in alt. asserv.*** Altare in quo asservatur SS. Sacramentum, etiamsi sit majus vel unicum, in Missis de Requie pallio violaceo ornandum, nunquam vero nigro, declaravit S. R. C. 1. Dec. 1882. Idem valet de conopeo Tabernaculi.
- 70. *Renovatio Specierum.*** Meminerint sacerdotes, juxta Decreta S. R. C., particulas sacramentales minores et hostiam majorem semel in hebdomada aut circiter renovandas esse, veteribus consumptis et purgato ciborio.
- 71. *Ne in dom. paroch.*** Vix necesse habemus sacerdotes monere, ipsis non licere SS. Eucharistiam apud se retinere, aut secum deferre, nisi urgente necessitate; quae si occurrat, sedulo ipsis curandum est ut maxima se gerant reverentia, et ab inani quovis abstineant colloquio. Si vero hostia sacra supersit ab aegrotantium domo redeuntibus, ad ecclesiam quamprimum accedant, atque statim illam in ciborio reponant.
- 72. *Delatio ad infirmos.*** In deferenda Saera Communione ad infirmos, ea omnino caute serventur quae in Rituali praescribuntur, quaeque persaepe relegi debent. Data Communione, si quae supersit Hostia ad alium

infirmum deferenda, fiat Benedictio cum pyxide super aegrotum jam Communione refectum. Nunquam, nisi extrema necessitate, vel ipsam Hostiam, vel vas sacrum attrectet sacerdos stola non indutus. Quum Sanctissimum e Tabernaculo extrahit, semper superpelliceo et stola sit vestitus, ac prius candelas in altari accendi curet.

- 73. *Comm. in M. de Requ.*** Infra Missam “de Requie”, et immediate ante vel post eam, Communionem dare licet. Si autem detur ante vel post illam Missam, dicatur consueta antiphona, “O Sacrum Convivium”, omissa tamen benedictione; omissa quoque alleluia tempore Paschali.
- 74. *Communio Paschalis.*** “Ecclesiae praecpta de confessione annua et communione Paschali, quotannis, tempore Quadragesimae, clare explicanda statuimus ut de sua exinde gravi obligatione neminem lateat. Praeterea Rectores monemus ut, tempore Paschali, fideles hie illuc ruri dispersos adire conentur ut suaे quisque obligationi de Paschali communione satisfacere possit. Hanc autem communionem Paschalem, ut pastor proprias oves cognoscat, et praeecepto implendo invigilare possit, unusquisque in sua propria ecclesia recipiat.”

V. De Poenitentia.

- 75. *Confessarius ne severus.*** Meminerint Sacerdotes, se in Sacro Poenitentiae tribunali non solum justi, sed praeprimis misericordis Dei vices gerere: quapropter ne sint nimis severi, ne fideles arceantur a frequenti confessione.
- 76. *Praxis Conf. Sti Alphonsi.*** Admirabilem S. Alphonsi tractatum, cui titulus: *Praxis Confessarii*, omnibus nostris sacerdotibus perlegendum et sequendum commendamus.
- 77. *Confessar. semper paratus.*** Monemus omnes apud Nos sacerdotes ut paratos semper se exhibeant ad excipiendas fidelium confessiones, praesertim tamen Sabbato, Festorum vigiliis ipsisque Dominicis et festis et quando missam in aliqua statione celebraturi sunt.
- 78. *Confessionalia in Eccles.*** Praecipimus sub gravi ut ea quae in Synodo praecedente decreta fuerunt de confessionalibus in ecclesiis, loco patenti et publico erigendis, extra quae nullatenus mulierum et puellarum, praeterquam aegrotantium, surdarum, aetate decrepitarum, vel aliunde ab ecclesia ad-

eunda impeditarum, confessiones liceat excipere, adamussim observentur.

- 79. *Facult. alienorum.*** Singulis nostris sacerdotibus potestatem damus, ut infra limites nostrae Dioeceseos cuvis sacerdoti alieno bonae famae concedant facultatem, ut suam suorumque domesticorum recipiat confessionem. Qua occasione hic facultatibus gaudeat, quae nostratis concessae sunt.
- 80. *Confessiones Sororum.*** Nobis in votis est, ut saltem in civitatibus in quantum fieri potest, confessiones sororum non amplius ab ipsis eorum rectoribus, sed vel ab eorundem assistantibus vel a sacerdotibus vicinis excipiantur.
- Ruri rectores poterunt alium sacerdotem ad sororum confessiones audiendas delegare quandocumque occasio se praebet.
- 81. *Quae moniales exceptae.*** Quod ad confessiones Monialium attinet, meminerint sacerdotes curam animarum habentes, Sorores Carmelitas, a Visitatione B. M. V., a S. Ursula et Smi Cordis Jesu, nec licite nec valide se absolvere posse nisi ad id specialiter a Nobis sint approbati. Aliarum congregacionum sorores absque speciali approbatione valide quidem sed non licite absolvi possunt,

casu excepto quo se sistant in ecclesia parochiali. Sed et moniales praenominatae omnesque strictae clausurae confiteri possunt apud quemlibet sacerdotem ab Ordinario approbatum, quamdiu extra monasterium legitime (e. gr. sanitatis causa) morantur.

- 82. *Libertas Confessionis.*** Ad sibi soli confitendum nemo poenitentem inducat, neve libertas, haec in re fidelibus a Christo et ab Ecclesia concessa, ullo unquam alio modo minuatur. Hinc optime facient Rectores, si quandoque extraneos confessarios in sui adjutorium vocent.
- 83. *Suaviter et paterne.*** Suaviter et paterne cum omnibus, etiam rudissimis, procedat confessor, neve unquam iracundiae indulget. A gemitu et vocis elatione, et ab omni alio strepitu inter audiendum abstineat, ne poenitenti molestia afferatur, aut adstantibus vel minima fiat revelatio.
- 84. *Sigillum.*** Sigillum scrupulose servetur. Cum aliis, sive laicis sive etiam Clericis, in familiari colloquio de rebus in tribunali auditis nunquam sermo fiat.

Casus reservati.

85. *Septem casus reservati.* Noverint confessarii, in facultatibus ordinariis sibi concessis non contineri casus sequentes, ideoque specialissimis se indigere facultatibus absolventi:

- 1) Ab haeresi et apostasia a fide, et schismate, eos qui in loco ubi S. Officium exerceatur (e. gr. Romae) deliquerunt.
- 2) Complices sibi in quolibet peccato mortali externo contra castitatem.
- 3) Sacerdotem qui complicem sibi in hujusmodi peccato absolvere tentaverit.
- 4) Personam sollicitatam, nisi prius sollicitantem Ordinario denuntiaverit.
- 5) Personam eujuscumque sexus quae sacerdotem aliquem falso de sollicitatione denuntiaverit.
- 6) Catholicos qui coram ministello a catholicismo matrimonium contrahere praesumant, — quod valet etiam si unus tantum contrahentium sit catholicus.
- 7) Catholicos qui novum matrimonium conjugi legitimo superstite contrahere attenterint, seu scienter iis ut testes auctorizati (*Groomsman and Bridesmaid*) astiterint.

VI. De Extrema Unctione.

- 86. *Tempestive administr.*** Sacerdotes infirmos opportune visitare debent eosque hortari ut Sacraenta moribundorum, praeprimis Extremae Unctionis suscipiant dum pleno rationis usu gaudent, ut sic uberiorem fructum percipere possint; nam teste Sancto Jacobo inter praeclaros hujus unctionis effectus recensenda est, non solum animae a peccatis ablutio, sed et sanitatis corporalis restitutio. Studeant igitur animarum Curatores repellere insulsissimam opinionem (ne superstitionem dicamus,) inter non paucos vigentem, quod receptio illius sacramenti sit mortis impendentis indicium.
- 87. *Quibus pueris.*** Quum inter theologos disputari soleat quanam aetate pueri sacramenti extremae unctionis capaces haberi possint, in praxi observanda est regula ut iis pueris quibus sacramentum poenitentiae administrari possit, etiam hoc sacramentum administretur, quippe quum sacramentum Extremae Unctionis sacramenti Poenitentiae complementum sit.
- 88. *Avaris non denegand.*** Nunquam licet ultima sacramenta denegare moribundo, sub praetextu, quod, avaritia ductus, nihil un-

quam ipse contulerit in commodum Ecclesiae vel Pastoris.

- 89. *Temporalia infirmor.*** Si forte sacerdoti aegrotos invisenti contigerit dare consilium de rerum temporalium disponendarum ratione, religione quam maxima, caveat non tantum a reatu, sed vel ab omni avaritiae specie ac suspicione.
- 90. *Testamenta.*** Onus autem sive describendi sive exequendi testamentum constanter recuset sacerdos, nec unquam nisi gravissima de causa, puellarum tutelam in se suscipere consentiat.

VII. De Ordine.

- 91. *Vocatio puerorum.*** Sacerdotes omnes vocationi puerorum bene invigilent, ut si quos statui clericali vel vitae religiosae aptos judicaverint, multa cura foveant, ne cor illorum mundano pulvere sordescat.
- 92. *Educatio prima.*** Magnopere laudandi sunt Sacerdotes qui pueros sacro muneri vacare volentes, saltem rudimenta linguae Latinae aliaque utilia edocendos ipsi curant.

CAPUT III.

DE MATRIMONIO IN SPECIE.

- 93.** *Concio annua de matr.* Quolibet anno Dca. 2. vel 3. post Epiphaniam ab animarum pastoribus concio habenda est de Sacramento Matrimonii, imprimis de ejusdem sanctitate, indissolubilitate et obligationibus, non praetermissis impedimentis.
- 94.** *Investig. de domicil.* Si qui sponsi rectorem adeant, ut ab ipso matrimonio jungantur, prius bene investiget, num revera intra limites suae parochiae habitent — alioquin nec licite, nec in locis ubi Tridentinum viget, valide eos jungere potest.
- 95.** *Nuptur. alienae linguae.* Quodsi nupturientes aliarum linguarum, qui hucusque ad aliam parochiam pertinuerunt, in parochia anglica matrimonium inire cupiunt, ad valide contrahendum sequentia stricte observanda praecipimus:
1. Nupturientes debent suam intentiōnem, se in posterum huic parochiae anglicae

adjungi velle, novo parocho aperire, et quidem manu propria saltem subscriptam,

2. Hanc declarationem novus parochus priori transmittat, et quidem per cancellarium.

3. Post dies triginta haec declaratio vim legalem obtineat, ita ut hoc tempore tantum elapso novus parochus matrimonio eorum valide assistere possit.

96. *Suspensio violatorum.* Quod si quis parochus vel alius sacerdos sive regularis sive saecularis sit, etiam si id sibi ex privilegio vel immemorabili consuetudine licere contendat, alterius parochiae sponsos sine illorum parochi licentia matrimonio conjungere aut benedicere ausus fuerit, ipso jure tamdiu suspensus maneat, quamdiu ab Ordinario ejus parochi, qui matrimonio interesse debebat, seu a quo benedictio suscipienda erat, non absolvatur. (*Conc. Trid. Sess. 24. c. 1 de ref. matr.*)

97. *Coram parocho sponsae.* Si sponsus et sponsa in diversis habitent parochiis, usu et consuetudine ubique fere sancitum est, ut matrimonium contrahatur coram parocho sponsae.

Hanc regulam in tota Nostra Dioecesi, etiam in locis non Tridentinis, tamquam Statutum Dioecesis observari volumus.

- 98. *Vagi.*** Vagorum matrimonia nullus sacerdos benedicere audeat nisi cum licentia Ordinarii — et nisi sponsi status sui liberi authentica documenta vel testes fide dignos attulerint, vel, his deficientibus, juramentum de libertate praestiterint.
- 99. *Decr. Tametsi.*** Decretum Concilii Tridentini “Tametsi” de Clandestinitate pro promulgato habetur in civitate Sti Ludovie, et in oppidis Sti Caroli, Sti Ferdinandi et Stae Genovefae.
- 100. *Domicilium verum.*** Domicilium verum acquiritur habitatione actuali, etiamsi unius diei tantum in aliquo loco cum animo ibi perpetuo et stabiliter habitandi.
- 101. *Quasi-domicilium.*** Quasi-domicilium in ordine ad matrimonium in his provinciis acquiritur pro se transferentibus e loco ubi viget caput Tamesti in alium locum, dummodo ibi continuo commorati fuerint per spatium unius mensis, et status sui libertatem comprobaverint, quin inquisitio facienda sit de animo ibi permanendi per maiorem anni partem. (*Ex Decr. S. Off. d. 6. Mai 1886.*)
- 102. *Abolit. matr. praesumpt.*** Ex decreto SSmi Dni Nostri Leonis XIII. 15. Febr.

1892, deinceps in locis ubi conjugia clandes-
tina pro validis habentur, copula carnalis
sponsalibus superveniens non amplius ex
juris praesumptione conjugalis contractus
censemur, nec pro legitimo matrimonio
agnoscitur.

- 103. *Matr. famularum.*** Matrimoniis puella-
rum, quae famulatum praestant, assistat
parochus domicilii paterni, materni, fraterni
ejusdem puellae, quatenus in eadem civitate
matrimonium contrahant (*Decr. S. C. C.
Trid. 1788*).

Hoc vero non derogetur sive juri com-
muni, sive decreto Sancti Officii pro his
regionibus lato, praeter domicilium verum
(sc. paternum) quasidomicilium permit-
tenti.

- 104. *Investig. de impedim.*** Ante matrimoni-
um contrahendum examinatio sedula fiat de
impedimentis forsan existentibus.

- 105. *Proclam. bannorum.*** Ex praecepto Ec-
clesiae fieri debet proclamatio bannorum tri-
bus continuis diebus dominicis vel festivis de
praecepto, et quidem si sponsi sint diversa-
rum parochiarum in ecclesia parochiali utri-
usque.

- 106. *Procl. in utraque eccl.*** Illius parochi qui matrimonio assistit erit munus alterum parochum tempestive commonendi de proclamatione bannorum facienda. Alter autem priorem quamprimum certiores reddat se proclamationes in sua ecclesia fecisse, eumque edoceat, utrum impedimentum sibi innotuerit, necne.
- 107. *Dispens. a procl.*** Dispensationes a proclamationibus, quae non nisi ex gravissimis causis fient (*Conc. Pl. Balt. II*, 332), a Cancellaria Nostra petendae sunt; et quidem ordinarie a Parocho haec petitio fieri debet.
- 108. *Par. disp. a 2.*** Concedimus autem rectoribus facultatem, ut ab una vel duabus proclamationibus ipsi dispensare valeant, praesertim in missionibus, ubi Saerum non fit quacunque Dominica.
- 109. *In casu necess.*** In casibus vero urgentis necessitatis, quibus tempus non licet dispensationem petere, rectori liceat dispensare ab omnibus proclamationibus, ea tamen lege, ut intra tres dies Cancellariam certiores reddat et de dispensatione et de ejusdem rationibus.
- 110. *Instructio Sponsorum.*** Sponsi ante matrimonium diligenter instruantur de obliga-

tionibus conjugum quum erga alterutrum tum quoad liberos educandos.

- 111. *Confessio sponsi.*** Item sponsi strenue mo-neantur ut pro digna sacramenti matrimonii susceptione peccata sua confiteantur.
- 112. *Matr. in eccles.*** Matrimonia omnino in ecclesia celebrentur, nec unquam in domibus privatis sine specialissima Ordinarii licentia.
- 113. *Missa pro sponsis.*** Studeant sacerdotes ut sponsos inducant modis omnibus ad matrimonia de mane celebranda una cum Missa pro sposo et sponsa, in qua solummodo benedictio nuptialis impertitur.
- 114. *Cum apparatu festivo.*** Quapropter rectores talem celebrationem omni quo possunt modo coherestent, et fidelibus gratam accep-tamque faciant; festivo altaris apparatu, musica concentuque ecclesiasticis, si fieri potest, exhibitis, et genuflexoriis pro sponsis coram altari ornatu convenienti paratis, ut per haec laetitiae christianaе indicia ani-mi fidelium ad ritum hunc modo conveni-enti celebrandum allicantur.
- 115. *Matr. extra Miss.*** Si aliquando contige-rit ex rationibus gravibus, ut matrimonia extra Missam celebrentur, tunc fiat sine magna pompa et apparatu.

- 116. *Ne post hor. 6 P. M.*** Vetamus ne matrimonia sive inter Catholicos sive mixta, post horam sextam pomeridianam celebrentur.
- 117. *Ne tempore clauso.*** Volumus, ut intra tempus clausum matrimonia non contrahantur, sine speciali Nostra licentia.
- 118. *Declar. nullitatis.*** Nunquam licet rectori vel confessario nullitatem matrimonii declarare in ordine ad alias nuptias permittendas, quamvis certa invaliditas appareat; sed hujusmodi casus semper ad Ordinarium referre necesse est.

Si quis autem sacerdos novo foedere Nobis inconsultis conjungere audeat quospidam, quorum alteruter ita fuerit ligatus, noverit se a sacris muniberibus ipso facto suspensum.

- 119. *Poena in viol. ligamen.*** Si quis legitimo matrimonio junctus, altera parte adhuc vivente novum matrimonium inire attentaverit, excommunicationi Nobis reservatae se sciat innodatum; itemque testes auctorizati, qui scienter sacrilego hujusmodi matrimonio assistant. Sciat insuper pars, prout in casu, se, etiam conjugi proprio demortuo, non posse legitimo matrimonio conjungi cum altera parte, quacum matrimonium inire attentavit, quia obstat impedimentum criminis.

De matrimoniis mixtis.

- 120. *Praed. contra matr. mixt.*** Sacerdotibus curam animarum gerentibus praecipimus ut semel saltem in anno, sive Dca. 2. vel 3. p. Epiphaniam quando de matrimonii Sacramento ex statuto supra memorato loquuntur, sive, quod melius est, alio tempore seorsim gravi sermone de matrimoniis mixtis fideles edoceant. Ostendant, quae gravia mala ex hujusmodi matrimoniis enascantur; quomodo pro parte catholica et prole sint periculis et spiritualibus damnis plena; ita ut summo jure S. mater Ecclesia matrimonia mixta semper detestaverit, semper vetuerit, et adhuc detestetur et vetet.
- 121. *Sponsi deterrendi.*** In quocumque casu particulari, quo agitur de mixto matrimonio ineundo, sacerdos omni conatu partem catholicam a proposito deterrire attentet.
- 122. *Promiss. et cautelae.*** Quodsi rerum adjuncta aliquando suadeant, matrimonio mixto assistere, prius sponsos admoneat de promissionibus omnino necessarie requirendis, nempe:
- 1) ut pars acatholica promittat liberum exercitium religionis parti catholicae;
 - 2) itemque ut universa proles in Catholica Religione educetur.

Hae promissiones a parte acatholica debent manu propria obsignari una cum nominibus testium — juxta formulam in Appendice hujus Synodi — et quidem in duplice forma, quarum una Cancellario una cum petitione pro dispensatione transmitti debet, altera in archivio parochiali asservatur.

- 123. *Dispensatio.*** Meminerit parochus partis catholicae, cuius est matrimoniis mixtis assistere, pro obtainenda necessaria dispensatione causas vere graves requiri, praesertim si sponsa sit acatholica, quas in petitione omnino exprimi oportet. Parochus illius parochiae, in qua habitat pars acatholica, de consensu tantum alterius rectoris, qui dispensationem obtinuit, assistere potest.
- 124. *Sine ritu sacro.*** Parochi matrimoniis mixtis assistant, nullo adhibito ritu sacro vel sacra veste, et nonnisi in domo parochiali; nunquam vero in domibus privatis sine expressa Ordinarii licentia.
- 125. *Negatio assistentiae.*** Si quando hujusmodi sponsi in mente haberent, etiam ministellum acatholicum adire sive ante matrimonium contrahendum sive post matrimonium coram sacerdote catholico contractum, vel etiam si ejusmodi ministellum invitarent ut simul cum sacerdote catholico matrimonio

nio contrahendo assistat, tunc nullo modo sacerdoti licitum erit tali foederi conjugali ineundo assistere.

- 126. *Reparatio scandati.*** Quando certo constat grave exinde ortum fuisse scandalum, quod quis ministrum haereticum vel civilem magistratum matrimonium contracturus adierit, antequam a peccatis et censuris absolutus fuerit, fas est, ut scandalo sic dato aliquatenus medeatur: quod ut fiat volumus ut reus formulam propriam publice coram Ecclesia legendam sua manu subscribat — prout in Appendice hujus Synodi invenitur.

Prius a Nobis facultate obtenta, excommunicatum extra confessionale et quidem coram altari genuflexum, a censura absolvat sacerdos juxta formulam Ritualis Romani.

- 127. *Bulla pro Holland.*** Noverint sacerdotes, Bullam Benedicti XIV. pro Hollandia ad has provincias, Provincia Stae Fidei excepta, fuisse extensam, ita ut matrimonia mixta, i. e. inter baptizatos, ubique contracta valida sint — nec unquam licere in casu reconciliationis consensum matrimoniale renovare.

CAPUT IV.

DE RECTA JUVENTUTIS INSTITUTIONE.

I. De Scholis Parochialibus.

128. *Ubique erigendae.* Prope unamquamque ecclesiam, ubi nondum existit, schola parochialis erigenda et in perpetuum sustentanda est: quodsi alicui rectorum graviores apparet difficultates, recurrat ad judicium Ordinarii.

129. *Negligentes.* Sacerdos, qui erectionem vel sustentationem scholae gravi sua negligentia impedit, vel post repetitas Episcopi admonitiones non curat, meretur remotionem ab illa ecclesia.

130. *Scholae publicae.* In iis locis, ubi scholae catholicae institutae fuerunt, parentes prohibemus quominus liberos ad scholas publicas mittant. Iis vero qui, absque sufficienti causa, huic obligationi satisfacere recusant, deneganda est absolutio peccatorum.

Casus in quibus huic regulae strictae exceptionem fieri posse videatur Rectorum judicio et conscientiae dirimendos relinquimus.

- 131. *Sustent. scholarum.*** Sustentatio scholarum generaliter fiat per contributiones mensiles pro singulis pueris a parentibus solvendas.

Quae desunt, sive per collectas extraordinarias, sive ex redditibus Ecclesiae suppleri debent.

Maxime vero ad hoc commendamus, ut in unaquaque parochia instituatur societas, cuius membra certam summanu pro sustentatione scholarum singulis mensibus persolvant.

Saepissime insuper admonitio fiat ad populum, fideles omnes teneri ad scholas parochiales sustentandas. (*Vide Instructionem ad nostros Episcopos*, pp. 279—282 in Append. Conc. Pl. Balt. III.)

- 132. *Solemnit. ecclesiast.*** Annus scholasticus aperiatur et claudatur cum solemnitate in ecclesia, i. e. saltem cum Missa cantata et Benedictione Sacramentali — ut quum pueris eorumque parentibus, tum fidelibus omnibus magis magisque innotescat quam intima sit ecclesiam inter et scholam conexio.

- 133. *Festum Angelorum Custodum*** magna solemnitate celebretur — una cum benedictione puerorum, quae in Appendice Ritualis Romani continetur (*Benedictio puerorum quum praesertim in ecclesia praesentantur*).

- 134. *Missae quotid. assist.*** Valde cohortandi sunt parentes, ut pueri quotidie ante scholam S. Missae, tempore opportuno celebrandae, assistant.
- 135. *Rectores visitent schol.*** Rectores scholas frequenter, saltem bis in hebdomada, visitent, inspiciant, puerorum moribus invigilent, zelum stimulent et catechismum edoceant.
- 136. *Commissio scholarum.*** In scholarum bono promovendo et Nosmetipsos et rectores adjuvabunt commissiones scholarum.
- 137. *Confessio pueror.*** Pueri ab annis discretionis quater in anno ad S. Confessionem addueantur diebus Quatuor Temporum vel aliis diebus melius visis.
 Praesertim prima vice recepturi Sacramentum Poenitentiae pueri diligenter instruantur et praeparentur per ipsos animarum rectores.
- ## II. De Prima S. Communione.
- 138. *Aetas.*** Pueri ad primam S. Communionem intra decimum et decimum quartum annum admittendi sunt.
- 139. *Conditio.*** Neocommunicantes per duos saltem annos scholam catholicam visitare oport-

tet, et quidem immediate antequam ad S. Synaxim admittuntur.

- 140. Spectat ad paroch.** Quamvis praeparatio puerorum pro prima Communione recipienda, (et idem de Sacramento Confirmationis dicendum est) ad proprium eorum parochum ita spectet, ut ab alio quovis sacerdote ad ista sacramenta non sint admittendi nisi de licentia expressa eorum parochi vel Ordinarii; attamen puellae puerique academias aut collegia catholica ab initio anni scholaris frequentantes, a capellano instituti ad ista sacramenta recipienda admitti possunt.
- 141. In defectu schol. par.** Pueri earum parochiarum quae non habent scholam ecclesiae annexam, admitti possunt ad primam communionem in ea parochia, cuius scholam frequentant.
- 142. In schol. sororum.** In scholis sororum nec internae nec externae scholares ad primam communionem admitti possunt de solo judicio sororum, sed decisio de earum admissione omnino et unice pertinet vel ad capellanum instituti vel ad parochum proprium.
- 143. Rectores instruant.** Jubemus ut ipsimet rectores vel eorum vicarii parvulos ad S.

Synaxim prima vice recipiendam praeparandos saltem per sex hebdomadas, et ter in unaquaque hebdomada catechismum doceant (*C. Balt. III*, 218).

- 144. *Dominica praeced.*** Dominica primam Communionem praecedente Rector fidelibus suis notam faciet pueros omnium parochiarum dioecesis Sti Ludovici die qua primam communionem recipiunt, itemque eorum parentes aliosque christifideles, qui eadem die ad S. Synaxim accedunt, indulgentiam plenariam consuetis conditionibus lucrari posse. (*Ex concess. Gregorii XVI, d. 3. Aprilis 1841*).

CAPUT V.

DE CURA ET ZELO ANIMARUM.

- 145. *Jura paroch.*** Rectoribus stricte interdicimus, ne administrent Sacraenta Baptisma-
tis et moribundorum fidelibus alias paro-
chiae neve matrimonii talium assistant,
exceptis casibus verae necessitatis; confes-
siones autem aegrotorum euicunque confes-
sario in domibus privatis excipere licet.
- 146. *Paroch. divers. lingu.*** Paroecias alia-
rum quam anglicae linguarum (Germanicae,
Bohemicae, Polonicae . . .) omnino aequi-
parandas declaramus paroeciis anglicae lin-
guae, et ab ipsis independentes; nullamque
prorsus distinctionem existere inter utrasque
quoad jura et privilegia parochialia consti-
tuimus.
- 147. *Adventiti.*** Omnes ex Europa adventitii
ecclesiae suaे propriae linguae, ubique in
loco domicilii invenitur, ascribendi sunt, et
tamquam membra istius ecclesiae tractandi.
- 148. *Plurium lingu. gnari.*** Ii vero, qui plu-
rium linguarum exterarum sunt gnari, jus

habeant sese associandi ulli parochiae cuius lingua callent.

- 149. *De indigenis.*** Idem valet (ac de adventitiis ex Europa, sc. ut pertineant ad ecclesiam suae propriae linguae) de eorum liberis indigenis natis, donec sui juris fiunt, i. e. pro juvenibus viginti unius, et pro puellis octodecim annorum.
- 150. *Descendentes adventitiorum.*** Quoad adventitiorum descendentes, qui sui juris sunt, et quoad omnes in genere, qui lingua anglica tamquam vernacula secundum communem hujus termini acceptationem utuntur, liberum est ipsis ad ecclesias anglicas transire, sed pro semper.
- 151. *Transit. ad paroch. angl.*** Ad omnes difficultates evitandas, imprimis vero in locis Tridentinis, ad dubia de matrimoniorum validitate praecavenda, volumus, ut adventitiis ex Europa ad parochias anglicas transituri hanc suam intentionem novo suo parocho declarant, et sua subscriptione muniant. Ille vero hanc declarationem parocho eorum priori transmittat, et quidem per Cancellariam.
- 152. *Obligat. assistentium.*** Meminerint rectorum auxiliarii vel assistentes, se quoad ad-

ministrationem parochiae, praesertim vero quoad saera, rectori subordinatos esse, ipsumque adjuvare debere in ferendo quolibet onere officii pastoralis.

- 153. *Libri paroch.*** Praecipimus sub gravibus librum in quo referantur nomina baptizatorum, parentum et sponsorum, dies nativitatis et baptismatis in unaquaque ecclesia haberi; et librum matrimoniorum, in quo accurate etiam annotentur dispensationes forsitan obtentae. Diligenter in eis omnia referantur, ipsa sacerdotis manu, statim post sacramentorum administrationem. Libros quoque, in quo confirmati et sepulti, ubi coemeteria ecclesiis annexa sunt, et res ecclesiae temporales referantur, habendos jubemus.
- 154. *Census animarum.*** Commendamus, ut rectores eorumque assistentes describant censum animarum ad Cancellarium Nostram remittendum, qui tertio quoque anno corrigitur; itemque ut omnes familias suae parochiae altero saltem quoque anno visitent.

Societates et Confraternitates piae.

- 155. *Commendatae.*** Piae Sodalitates et Confraternitates ubique erigantur pro fidelibus utriusque sexus et cujuscunque aetatis.

- 156. *Quaedam special.*** Praeter sodalitates Marianas imprimis commendamus *Associationem Sanctae Familiae*, quam Sanctitas Sua Leo XIII. in omnibus parochiis introduci desiderat; piam associationem *Sanctae Infantiae*, pro infantibus et pueris scholarum, deinde *Conferentias a S. Vincentio* nuncupatas, pro sustentatione pauperum.
- 157. *Erectio canonica.*** Studiose curent rectores, ut quoad confraternitatum erectionem, — sicut etiam quoad erectionem stationum viae crucis — omnia secundum leges fiant, ne fideles indulgentiis priventur.
- 158. *Cura immigrantium.*** Libenter agnoscimus et commendamus zelum et religionem earum societatum, quae in commodum colonorum primo ex aliis regionibus advenientium institutae fuerunt, ut eorum saluti quum temporali tum aeternae pro viribus consulant. Ut etiam Nos huic fini tam eminenti modo ad salutem animarum procurandam pertinenti prospiciamus, permittimus, ut quotannis tempore rectoribus melius viso, collectio fiat per ecclesias, praesertim pro domibus illis Neo-Eboraci erectis, quas immigrantium vocant, quaeque protectioni Rmi et Illmi illius civitatis Archiepiscopi subsunt.

159. *Sanctific. familiae.* Imprimis vero pasto-ribus cordi esse debet, ut ea societas, quae est omnium prima earumque fundamentum, hoc est familia, sit vere christiana, una cum domo quam inhabitat.

160. *Media.* Ad utriusque, et familiae et domus, sanctificationem eo melius et securius ob-tinendam et praeservandam, rector suos saepius moneat:

a) ut domus novas ab ipsis inhabitandas a sacerdote benedicendas curent juxta for-mam Rit. Romani,

b) ut in quacunque domo inveniantur signa sacra, imago Crucifixi, B. M. V. — res benedictae, praecipue vero aqua benedicta, candelae . . . — praeter libros precum alii quoque libri pii, e. gr. Vitae Sanctorum — Ephemerides vere catholicae, quae multum ad aedificationem conferunt.

c) ut ubique introducatur pius ille ac vere christianus mos, tantis benedictionibus plenus, ante cubitum saltem preces in com-muni fundendi, quibus omnia familiae mem-bra intersint.

Societas profanae.

161. *Societ. profanae.* Nulla societas, quae non est a Nobis approbata et agnita ut reli-

giosa, quaeque non expresse statuit, se velle legibus dioeceseos obligari, in ecclesiam nec ad processiones religiosas admittatur *tamquam societas* i. e. dum socii insignia ferunt vel tamquam socii congregantur. Ne earum conventus in ecclesia annuntientur, nec opus ullum quod suscipient in ea commendetur, nec collectiones fiant pro illis, nec alio modo quidquam fiat a sacerdotibus vel in ecclesia, quod illas aut eorum suscepta agnosci vel approbari indicet.

Societates prohibitae.

- 162. *Societ. excommun.*** Nemo ignorat Liberos Muratores ab Ecclesia damnatos esse, et quidem sub poena excommunicationis. Eodem modo damnati sunt Socialistae, Communistae, Anarchistae, et Nihilistae, qui putido atheismo et materialismo sunt imbuti.
- 163. *Sub gravi prohib.*** Sub peccato gravi prohibitum est societatibus Equitum Pythiae, Sociorum Singularium, Filiorum Temperantiae adhaerere. Ideoque absolvi nequeunt membra harum societatum nisi ex judicio Apostolici Delegati constat quatuor conditio-nes esse verificatas, sc.

- a) bona fide nomen praedictis societati- bus dedisse;

- b) scandalum abesse;
- c) grave damnum sibi aut familiae ex renunciatione obvenire;
- d) abesse periculum perversionis.

164. *Omn. secretae vitand.* Insuper pastores animarum saepissime moneant fideles, *quas-cunque societas secretas perniciosas esse* pro fide et moribus, eosque deterreant ab ingressu talium societatum — eo vel magis, quod nunc ubique fere societas ab ecclesiastica auctoritate approbatae inveniuntur, quae eadem beneficia temporalia suppeditant.

Varia.

I. De festivitatibus saecularibus.

165. *Choreae sabbat.* Omnibus notum est quam gravia scandala oriantur, praesertim quoad sanetificationem Dominicarum, ex frequencia *chorearum publicarum noctibus Sabbatorum*. Proinde districte prohibemus participationem in illis choreis.

166. *Festiv. publ. in Dom.* Omnino interdicimus ne diebus Dominicis, publica convivia vel festivitates quae vulgo *Fairs, Picnics, Lawn Parties, Excursions* dicuntur, sive a parochiis sive a catholicis societatibus sub ullo praetextu habeantur.

167. *Excurs. nocturn.* Omnino item et stric-tissime interdicimus excursiones omnes quae nocturno tempore fieri solent.

168. *Concentus sacri.* Concentus musici, qui habentur aliquando ad pecuniam luerandam, etiam charitatis et religionis causa, tessera pro nummo data (*tickets*), nolumus in ecclesiis hujus dioeceseos, etiam regularium, divino cultui dicatis, haberi, ne loci sanctitas violetur, plerisque qui adsunt se gerentibus tamquam in loco profano.

II. De Communicatione in Sacris.

169. *Cooper. in templ. protest.* Graviter peccant, qui etiam solius luceri causa cantant aut instrumenta musica pulsant in templis protestantium (*Instr. Card. Vic. 12. Julii 1878 a Leo XIII. sancita*).

170. *Patrini in bapt. haeret.* Catholicis omnino non licet, nec per se, nec per alios, fungi patrini munere in baptismis, quae haereticorum filiis ab haereticis ministrantur. (*C. S. Off. 10. Mai 1770.*)

171. *Frequentat. eccl. protest.* Meminerint Confessarii et animarum curatores suos edocere, quam malum, quamque periculosum sit conciones haereticorum aut schismaticorum

adire, vel eorum exercitiis interesse, quo-
cumque id fiat praetextu (*Balt. III.*, 249).

- 172. *Testes cathol. in matr.*** In matrimoniis
celebrandis, quum agatur de actu sacramen-
tali, nonnisi testes catholici adhibeantur.
(*Decr. S. C. C. 29. Nov. 1672.*)

CAPUT VI.

DE VITA ET HONESTATE CLERICORUM.

- 173. *Vestitus clerical.*** Liceat habitus non faciat monachum, tamen clericos vestes proprio congruentes ordini semper deferre oportet, ut per decentiam habitus extrinseci morum honestatem intrinsecam ostendant. — *Clericorum itaque vestitus* nec sordes nec luxum sapiat; sit semper nigri vel subnigri coloris, et ejusmodi ut facile ejus ope viri ecclesiastici ab aliis omnibus distinguantur.
- 174. *Talare et Collare.*** Quare decernimus, ut omnes sacerdotes domi et in ecclesia *vestem talarem*, et ubique *collare Romanum* deferant, quod Benedictus XIV sacerdotum insigne vocat.
- 175. *Quae dedecent cleric.*** Celebre inter sanctos Patres axioma habet, multa, quae fidelibus licent, clericos dedecere. Itaque, ut ecclesiastico ordini honor suus et decus servetur, mandamus, ut sacerdotes a publicis equorum cursibus, a theatris et spectaculis, atque a cauponis abstineant. — Procul dubio

dignitatem sui ordinis dehonestant clericci qui in viis aut in curribus publicis civitatum tabacum fumigare videntur.

176. *Fraterna charitas.* Sacerdotes erga alterutrum non tantum speciem illam urbanitatis prae se ferant, quam socii aliarum vitae conditionum ad invicem exercent, sed verae charitatis et confraternitatis animum et ostendant et nutriant. “Supportantes invicem in charitate, solliciti servare unitatem spiritus in vinculo pacis” (Eph. 4), semper prae oculis habentes illud verbum Domini: “omnia quaecunque vultis ut faciant vobis (homines), et vos facite illis.” (Matth. 7, 12.)

177. *Diffamat. in ephemerid.* “Si qui in posterum clericci vel laici, sive per se, sive per socios aliasve ab ipsis concitatos, in foliis quibusvis publicis aut libellis in vulgus editis ecclesiasticos viros, praesertim in dignitate constitutos, verbis injuriosis, maledictis, conviciis adoriantur; multo magis si Episcopi agendi rationem in dioecesi regenda et administranda per ejusmodi folia aut libellos vellicare et damnare praesumpserint, declaramus tum scriptores ipsos tum participes et fautores perniciosissimi hujus abusus esse ordinis perturbatores, auctoritatis ecclesias-

tiae contemptores et hostes, gravissimique scandali reos; ac proinde dignos qui, culpa ipsorum satis probata, canoniciis quoque censuris puniantur.” (*Balt. III, n. 231.*)

- 178. *Lites civiles clericorum.*** Districte prohibemus, et quidem sub poena suspensionis, quominus sacerdos contra ecclesiasticam personam litem civilem, etiam de re temporali, intentet absque permissione vel Sedis Apostolicae vel Nostra, aut hujusmodi actionem laicæ personæ assignet. Quodsi ecclesiastica vel religiosa persona aliam personam ecclesiasticam vel religiosam coram tribunali civili temere citaverit de re juris stricte ecclesiastici, noverit se in censuras a jure latas incidere.
- 179. *Exam. cleri jun.*** Juniores de clero quotannis per quinquennium a sua ad presbyteratus ordinem elevatione dabunt specimen sacrae scientiae theologicae coram Nobis et examinatoribus synodalibus. Praeter vitae morumque ordinem et rationem merita horum examinum multum conferent ad informandum Nostrum in designandis pastoribus judicium.
- 180. *Regulae speciales.*** Pro his examinibus sequentes regulas speciales statuimus:

1. Unusquisque debet quinque examini-
bus adesse, ita ut si pro uno alterove
anno a Nobis excusatus fuerit, examina
omissa supplere debeat sequentibus
annis.
 2. Excusationes eorum qui adesse neque-
unt, immediate ad Nos in scriptis diri-
genda sunt.
 3. Quodsi requisita examinatorum suffra-
gia non obtineantur, iterum iterumque
examini subjiciendi erunt arbitrio Nostro,
usquedum votis examinatorum
plene satisfecerint, omni interim pro-
motionis ad munus pastorale spe ab-
lata.
 4. Qui in una alterave scientia quaestioni-
bus propositis non satisfecerit (not. 5)
in hac scientia examen repetere debet,
et quidem ante diem 1. Maji ejusdem
anni.
 5. Examina habebuntur quotannis heb-
doma post Domin. Septuagesimae in
Seminario Kenrickiano, et quidem
feria tertia pro clero civitatis, et feria
quarta pro clero rurali — incip. hora
nona A. M.
- 181. *Confer. theologicae.*** Collationes de rebus
ad doctrinam, morum, sacrorumque rituum

observantiam pertinentibus, bis in anno habendas decernimus, locis et temporibus a Nobis designandis, ad quas omnes sacerdotes sive saeculares sive regulares qui facultatem confessiones excipiendi a Nobis acceperint idque munus in hae dioecesi actu exercent, ut se conferant, hoc decreto jubemus.

182. Statut. addit. Stricte mandamus ut statuta pro Conferentiis a Nobis approbata, prout in Appendice hujus Synodi continentur, fideliter ab omnibus observentur.

Ut eo vel magis omnibus patefiat, quantum Nostra intersit, ut conferentiae prospere cedant, haec statuta motu proprio superaddimus:

1. Ad omnia effugia praescindenda mandamus, ut secretarius cujusque conferentiae mense praevio omnes ad suum districtum pertinentes moneat de tempore et loco proximae conferentiae.
2. Mandamus ut secretarius hebdomada post unamquamque conferentiam immediate ad Nos transmittat specialem relationem continentem tantum nomina absentium, cum expressa mentione eorum, qui absque excusatione abfuerunt, caeterasque negligentias, quae forsan in ipsa conferentia evenerunt.

- 183. *Societ. pro cler. infirm.*** Stricte praecipimus ut omnes Nostri sacerdotes statim post ordinationem vel in dioecesim cooptationem societati illi nomina dent, quae a Nobis pro sustentatione clericorum infirmorum erecta est.
- 184. *Soc. pro defunct. sacerd.*** Commendamus etiam ut omnes sacerdotes Nostri piae illi associationi dioecesanae se ascribendos curent, quae a redemptione e purgatorio nuncupatur, et cuius beneficium principale in eo consistit, ut pro defuncto socii superstites sex Missas persolvant.

CAPUT VII.

DE RERUM TEMPORALIUM ADMINISTRATIONE.

I. De Aedificandis et Reparandis Ecclesiis et de Aedibus Ecclesiasticis

185. *Bona ecclesiast.* “Nulli presbytero licet, seclusa venia Ordinarii in scriptis data, nomine ac jure proprio retinere sive ecclesiam, sive scholas, sive domum presbyteralem, sive coemeterium, aut bona alia ecclesiastica, pro quorum acquisitione fideles qualicumque modo subsidia contulerint; sed ea quamprimum transferet in Ordinarium aut in societatem seu corporationem ab eodem sanctitam . . . Edicimus etiam ne quis rector aut quilibet sacerdos ecclesiae pecuniam in mensa numularia privato suo nomine depositam teneat, aut mensae libellum (*bank book*) suae privatae personae inscribi permittat.” (*Con. Pl. Balt. 3. No. 280.*)

186. *Erectio eccles.* Nemini fas esse declaramus, sive de nova ecclesia vel schola erigenda, sive de amplificandis aut notabiliter
(80)

immutandis jam exstantibus ecclesiis quidquam statuere aut moliri, absque licentia Nostra in scriptis data. Idem valet de aliis aedibus ad ecclesiam pertinentibus.

187. *Iconographias (plans)* cum probabili impensarum computatione deferri jubemus Commissioni sacerdotum (*Building Committee*) a Nobis constitutae.

188. *Debita contrahenda.* Nemini in posterum licebit, debitis gravare ecclesiam ultra ducenta scutata, nisi de licentia Ordinarii.

189. *Assecurat. aedium.* Mandamus, ut omnia aedificia ecclesiastica contra damnum ex incendio, fulgure vel tempestatibus oriundum, ab una vel pluribus societatibus assecurentur.

190. *Relatio annua.* Stricte mandamus ut mense Januarii cuiuslibet anni ratio Nobis reddatur tum de statu animarum tum de redditibus ecclesiae, juxta formulas a Nobis praescriptas. Quodsi aliquis Rector hanc rationem ad Cancellarium Nostram, lapsu mense Februarii, reddere neglexerit, sciat se ipso facto a divinis suspensum esse et quidem suspensione Nobis reservata.

II. De Reditibus.

191. *Fontes reddituum.* Tres in hac dioecesi enumerantur Fontes Redituum Ecclesiarum, scilicet:

1. Locatio scannorum; et hic notandum, Rectori nunquam licere scamna locare externis, nisi prius documentis probaverint se in propria Ecclesia scamna jam locavisse.
2. Collectae, quae de more fiunt infra Divina officia.
3. Funeraria; quare soli Rectori competit jus sepeliendi mortuos de sua parochia.

III. De Salario Rectoris et Assistentium.

192. *Salar. Rector. in civit.* Salarium annum Rectoris in Nostra urbe Metropolitana, et alibi, ubi Rectori opus sit sacerdote assistenti, mille scutata (\$1000.00) constituimus; ideo pro suo salario nullus Rector sibi vindicare potest plus quam mille scutata.

193. *Extra civit.* Caeteri Rectores extra urbem accipient octingenta scutata (\$800).

194. *Salar. assistantium.* Sacerdotes assistentes, ab Ordinario Ecclesiae adscripti, accipiunt quadringenta scutata (\$400).

- 195. *Sustent. assistent.*** Pro victu uniuscujusque assistantis, Rector accipiat quovis mense viginti quinque scutata (\$25) de thesauro Ecclesiae.
- 196. *Sumptus pro domo par.*** Porro Ecclesia supplebit supellectilem domus parochialis, et sumptus necessarios ad calefaciendum, illuminandum, et ad aquam supplendam.
- 197. *In deficient. salarii.*** Deficiente autem salario statuto, quacunque de causa, nunquam datur recursus ad Episcopum vel Dioecesim; et monemus sacerdotes curam gerentes in missionibus pauperibus, ut minore sint contenti summa.
- 198. *Reclamatio salarii.*** Si quae pars salarii in thesauro ecclesiae maneat, nec inter debita ecclesiae clare numerata sit, habenda est ut ecclesiae donata, nec post annum reclamari potest.

IV. De Cathedratico.

- 199. *Mense Januario.*** Cathedraticum quotannis infra mensem Januarii solvendum est ab omnibus et solis Ecclesiae Rectoribus, qui buscunque privilegiis non obstantibus.
- 200. *Quota solvenda.*** Summa, quae pro Cathedratico erit solvenda, computatur ex

summa Redituum Ecclesiae (ut superius in paragrapho de Reditibus); ita ut Rector solvere teneatur quinque ex centum, (i. e. 5% or $\frac{1}{20}$) ubi vero summa talis ex enarratis fontibus mille scutata non attingit, vel non excedit, Rector tria saltem ex centum (3%) solvet. Animadvertisendum, si forsitan scamna non locentur, alterum fontem reditus appeariri subscriptionibus fidelium.

V. De Stipendiis et Stolariis.

- 201. *Stipend. pro Miss. priv.*** Juxta normam vigentem, stipendum pro Missa privata, est unum scutatum; et ad omnem suspicionem turpis lucri removendam, non licet plus exigere, nec minus accepere.
- 202. *Pro M. cant.*** Pro Missa cantata aut solemnzi nolumus in praesenti quidquam statuere propter consuetudinum diversitatem.
- 203. *Jura Stolae*** pertinent ad Rectorem, et oblationes fidelium, factae occasione Baptismatis et Matrimonii, quoconque ex titulo, Rectori cedi omnino debent.

VI. De Collectis ab Ordinario praescriptis.


204. *Collectiones annuae.* Statuimus ut in omnibus Ecclesiis hujus Dioeceseos sive saecularium sive regularium, sequentes fiant Collectae:

1. Dom. I. Quadragesimae pro Indis et Mauris;
2. Feria VI. Tridui Sacri pro Sacro Sepulchro;
3. Dominica Paschae pro Clero;
4. Dominica post Festum App. Petri et Pauli pro Papa;
5. Festo Nativitatis Domini pro Seminario;
6. Pro sustentatione orphanotrophiorum in parochiis anglicae linguae eum modum adoptandum, respective retinendum, praescribimus, qui conformis est regulis quae a societate propria pro orphanis sustentandis institutae sunt, faciendo collectas per domos. In ecclesiis vero Germanicae linguae, sicuti hucusque fieri solebat, collectae extraordinariae Dca. I. Maji et I. Octobris ad hunc finem habeantur.

205. Regulae quoad collect. Quoad omnes collectas extraordinarias statuimus, quae sequuntur:

- A. Mandamus ut omnes Rectores istas collectas praenuncient et explicent.
- B. Ex summa totali cedenda Ecclesiae talis summa, quae ordinariis Dominicis colligitur.
- C. Residuum infra mensem tradendum.
- D. In quantum ad Collectam Paschalem:
 - a) Summa totalis dividenda in octo partes, quarum quinque ad Rectorem; tres ad assistentem pertinent.
 - b) Ubi duo habentur assistentes, Rector accipiat quatuor partes, et cuilibet assistenti cedantur duae partes.
 - c) Ubi adhuc plures dantur sacerdotes assistentes, Rector accipiat tertiam partem totius collectae, et residuum aequa dividatur inter assistentes.
 - d) Casu; quo quis (assistens) in aliam Ecclesiam transferatur, accipiat justam proportionem ab utraque Ecclesia juxta tempus, quo ille utrique Ecclesiae adscriptus fuerit.

206. *Alieni collig. eleemos.* Districte prohibemus ne sacerdotes aliunde venientes eleemosynas petant in hac dioecesi, vel etiam Nostri sive per se sive per alios aliasve extra congregations sibi commissas absque Nostra et parochi licentia in scriptis concessa.



APPENDIX.

PARS PRIMA.

I. **Instructiones quaedam pastorales.**

1. *De dispensatione S. Eucharistiae per modum Viatici.*

Cunctos hujus dioeceseos rectores enixehortamur ut omnem sollicitudinem adhibeant, ne quis ex grege ipsis commisso e vivis excedat, quin prius pane coelesti fuerit refectus. Nec arbitrentur suo muneri satisfecisse si semel Viaticum infirmis periculose decumbentibus porrexerint. Haud raro enim evenit, ut ejusmodi infirmi per plures dies imo hebdomadas in vitae discrimine versentur. Quid tamen officit, quominus moribundos iteratis vicibus in ultima lucta Viatico reficiamus? Num jejunium naturale? At neminem latet concilium constantiense aegrotos vita periclitantes a lege jejunii naturalis simpliciter eximere. Nonne etiam necessitas animae, qua id generis infirmi indigent auxilio et solatio hujus sacramenti, sufficiens est ratio, cur votis horum pluries communicandi obsevendemus? Si igitur infirmus absque incommodo jejonus manere potest, suadendum est, ut ex reve-

rentia erga S. Sacramentum jejonus Viaticum sumat, ad id autem non tenetur. Ideo monet Rituale romanum: “Quodsi aeger sumpto Viatico dies aliquot vixerit . . . et communicare voluerit, ejus pio desiderio parochus non deerit.” Si vero quaeratur quoties Viaticum administrari liceat, auctoritati probatorum theologorum nixi respondendum arbitramur id non semel tantum in hebdomada sed etiam quotidie fieri posse, dummodo moribundi id in solatium et auxilium animae exoptent et adjuneta personarum et locorum permittant. Neque inauditum esse speramus rectoribus casum occurrere posse quo graviter aegrotis etiam usu rationis parentibus Viaticum administrare liceat. Sane iis, qui nunquam usum rationis haberunt, Viaticum praebere hodierna praxis ecclesiae prohibet. Nec fas est Eucharistiam dare iis, qui impie vixerint et ante morbum quo usu rationis privati sunt signa contritionis non ediderint. Nihil tamen impedit, quominus moribundos sensibus destitutos Viatico muniamus, dummodo id sine periculo irreverentiae fieri possit et ipsi pie vixerint, sic enim censendi sunt habuisse intentionem interpretativam communicandi in mortis articulo. (*S. Th. III, qu. 80, a. 9.*)

2. De absolutione a reservatis.

Cum de casibus reservatis confessariis non raro dubitationes obveniant, abs re non erit ea quae scitu sunt maxime necessaria, hic quam brevissime subjungere.

1. Ut peccatum aliquod pro reservato haberi possit, omnino requiritur ut peccatum sit grave etiam qua externum, consummatum, certum. Quapropter dubium positivum, sive juris, sive facti, circa unam ex praedictis conditionibus tollit reservationem.

2. Casus reservati papales omnes (excepta dumtaxat falsa accusatione de crimine sollicitationis) non ratione sui sed ratione ipsis adnexae censurae reservati sunt. Cum vero censura in contumaces tantummodo fulminetur, poenitentes qui legem reservationis papalis ignoraverint reservationi non subjacent.

3. E contrario casus reservati episcopales fere omnes, hoc enim merito ex praxi hisce in regionibus vigente concludere licet, ratione sui reservantur, proindeque principaliter peccatum est reservatum. Unde colligitur etiam eos poenitentes, qui statutum reservationis episcopalnis ignoraverint, reservationi subjacere, nisi aliter, prout in hac dioecesi, decretum sit.

4. In articulo mortis, imo in quovis probabili mortis periculo, nulla est reservatio. Quivis igitur sacerdos etiam non approbatus quemvis in articulo mortis a quibusvis peccatis et censuris absolvere potest. Obligatio recuperata valetudine sese sistendi Superiori apud nos nonnisi in duplice casu specialissimo modo Papae reservato est injungenda.

5. In casibus vero urgentioribus in quibus absolutio differri nequeat absque periculo gravis scandali vel infamiae poenitens directe a papalibus, indirecte autem ab episcopalibus reservatis absolutitur, ita quidem ut occurrentibus duobus casibus specialissimo modo Papae reservatis necessitas remaneat recurrendi Romam et in episcopalibus confitendi reservata Episcopo vel sacerdoti ab Episcopo facultatem habenti.

6. Confessarius igitur prudens, casu reservato occurrente, ante omnia se certiorem reddit, an poenitens reservationem cognoverit necne. Quodsi poenitens ex ignorantia commodum absolutionis non capiat, ulterius de conditionibus sub 1) recentis inquirere opus est. Una enim ex his non verificata cessat reservatio. Si vero ex neutro capite reservatio tollitur, facultatem p[re]oculis habeat ex qua licet directe absolvere a reservatis episcopalibus:

- a) aegrotos quibus S. Eucharistia, etsi devotionis gratia, vel Extrema Unctio administratur;
- b) nupturientes qui in ordine ad Matrimonium confitentur;
- c) eos qui sacris missionibus vel exercitiis spiritualibus operam dant;
- d) detentos in carcere.

3. De absolutione moribundorum.

“Si unquam pastoralis cura impendenda est atque zelus sacerdotalis exercendus, ait Lehmkuhl,

sane nunquam id magis exigitur, quam apud moribundos: quidquid enim agitur, si feliciter animae negotium tractatur, fructus manebit aeternus, si opera frustatur, irreparabilis manet defectus in aeternum.”

Ut confessarius hoc opus gravissimi momenti recte perficere valeat, nihil antiquius habeat, quam ut duce benignissima matre ecclesia saluti moribundorum provideat. Nam si unquam axiomata satis trita: “In extremis extrema sunt tentanda et “Sacramenta propter homines” certo hisce in angustiis jus suum obtinent.

Praetermissa quaestione, quid faciendum sit cum moribundis, qui adhuc peccata sua confiteri valeant, statim inquiramus, an baptizati sensibus penitus destituti — perpetuo amentes et infantes in controversiam non veniunt — absolutione sacramentali sint digni. Cui quaesito respondemus:

A. Catholici,

1. qui tantummodo confitendi desiderium, sive per se, sive per alios ostenderunt, ex communi theologorum sententia absolute absolvendi sunt;
2. qui nec praebent nec praebuerunt signa doloris et desiderii confessionis sacerdoti praesenti juxta communiores sententiam conditionate absolvi possunt et debent modo christiane vixerint;
3. qui sacramenta ex multo tempore neglexerunt aut in ipso actu peccati sensibus destituntur satis probabiliter conditionate absolvi possunt.

B. Haeretici,

1. formales absolvi nequeunt;
2. materiales ex sententia gravium theologorum conditionate absolvi possunt.

Cum vero hic dubium circa baptismum prius collatum merito moveri possit ante absolutionem conditionate baptizentur. Attamen confessarii satagant, ut quo meliori modo fieri potest tum saluti moribundorum quum sacramenti reverentiae prospiciant. Idecirco ante absolutionem resp. baptismum conditionatum eurent, ut actus fidei, spei, caritatis *perfectae* cum moribundo ad ejus aurem eliciant, et fidei quidem explicitae in articulos absolute necessarios, in alios vero implicitae.

Ex his dictis facilis est conclusio ad alios casus, puta si quaeratur, quid opus sit cum sacerdos moribundum habet obvium de cuius vita et religione nihil scit, simili modo an baptizati sensibus destituti Extrema Unctione, quippe quae minorem dispositionem quam in Poenitentia supponat, muniri possint.

*4. De Matrimonio.**A. Ante Matrimonium.*

Parochus admonitus de aliquo Matrimonio in ipsius parochia contrahendo tum ratione officii sui tum ex lege positiva sub gravi tenetur investigare, utrum inter contrahentes impedimentum canonicum intercedat necene. Prudenter etiam inquiret an iis, quae a lege civili requiruntur, satisfactum sit.

Praeter hanc explorationem quae denunciaciones semper praecedere oportet, parochus etiam ante vel inter denunciations, si opus videtur, exquirat, num sponsi de iis quae ab homine christiano necessitate medii et praecepti credi et sciri debent, sufficienter sint instructi. Deinde vero, id quod nunquam intermitti oportet, eos diligenter, non obiter vel perfuctorie, doceat et moneat, quomodo ad digne suscipiendum Matrimonii sacramentum sese praeparare debeant, quinam sit Matrimonii finis, quae officia tum erga se invicem tum erga educandos liberos suscipiant, et quomodo etiam in Matrimonio christiano conversandum sit.

Quodsi impedimentum sive dirimens, sive impediens detegatur, dispensatio quamprimum est obtainenda. In conficiendis litteris supplicibus, quibus super aliquo impedimento canonico dispensatio petitur, omnis incuria vel negligentia evitetur. Nam quoties per talem incuriam, sive ratione numeri impedimentorum sive ratione causarum canonicarum, dispensationes obtentae irritae flunt! Juvat unum alterumve exemplum haud raro occurrens afferre. Dispensatio petitur super impedimento affinitatis et negligitur explorare de cognatione spirituali, quae saepe saepius cum affinitate conjuncta invenitur; aut in supplica optatur dispensatio super tertio et secundo gradu cognationis naturalis. Exinde tamen non elucet, utrum sit duplex impedimentum in tertio gradu solo et secundo gradu solo ex stipite diverso an in tertio

gradu cum secundo mixto. Idem p[re]ae oculis habendum est quoad causas canonicas ob quas dispensatio conceditur, nam si obreptio vel subreptio circa causam finalem irrepserit, dispensatio est nulla.

Praeterea meminerint rectores, casu valde urgenti excepto, vetitum esse ope telegraphi dispensationes petere, quod si forte necesse est, causae canonicae absolute necessariae idiomate latino allegantur. Neque dispensationem praesumant cum libellus supplex jam fuerit projectus in aream postalem. Neque negligant in matrimonii mixtis investigare, an baptismus partis acatholicae, quae cum parte catholica Matrimonium est initura, sit validus, ut dignoscatur natura impedimenti sc. mixtae religionis vel disparitatis cultus. Praestat in supplica semper addere in quanam secta pars acatholica sit baptizata.

B. Post Matrimonium.

Tandem si Matrimonium ob defectum consensus vel ob aliud impedimentum invalide fuerit contractum, parochus, cui nullitas Matrimonii sive in confessione sive extra confessionem innotuerit, oportet singulari prudentia et circumspectione utatur.

Praeprimis ei dispiciendum erit, num Matrimonium sanabile sit necne. Si sanabile est, plerumque operam suam interponere debet, ut sanetur quippe cum ex separatione conjugum putativorum

plerumque pericula spiritualia, gravia scandala multaque alia incommoda exoriri soleant. Sed quanam ratione in sanandis talibus Matrimoniiis invalide contractis procedendum sit, ex probatis auctoribus ediscere opus est. Sin vero Matrimonium insanabile est, quaeritur, num nullitas Matrimonii occulta an publica sit. Si publica sit, parochus omnem operam impendere debet, ut (conjuges putativi) concubinarii separantur. Sin vero Matrimonii nullitas occulta sit et ex una parte neutri conjugum cognita et ex altera parte eorum separatio sine gravi scandalo vel damno fieri nequeat, in bona fide relinquendi sunt. Secus vero si nullitas uni conjugum putativorum cognita sit, hic enim etiam alterum de nullitate Matrimonii certiorem reddere debet et utrique ab usu Matrimonii abstinendum est. Quodsi periculum incontinentiae non est timendum eis pro rerum conditioне permitti poterit, ut ad instar fratrīs et sororis cohabitent.

II. **Facultates Sacerdotibus Dioecesis Sti Ludovici concessae.**

A. **Facultates ordinariae.**

REV. DOMINO.

Tua, Reverende Domine, virtute, doctrina et prudentia fidentes, committimus tibi Auctoritate

Nostra nec non a S. Sede Nobis delegata facultates sequentes, valituras usque ad revocationem, sed non exercendas intra limites parochiae seu districtus alteri sacerdoti commissi, nisi ex ejus consensu prius habito; secluso tamen casu extremae necessitatis.

1. Celebrandi Missam intra fines Nostrae Dioecesis; idque per unam horam ante auroram et unam post meridiem, sine ministro, etiamsi altare sit fractum, vel sine reliquiis Sanctorum, et praesentibus haereticis, schismaticis et infidelibus.
2. Audiendi confessiones fidelium utriusque sexus stola et superpelliceo induitus. Extra casum necessitatis confessiones alterius sexus non nisi in confessionali erate instructo audiantur.
3. Audiendi confessiones Sororum, quae in parochia tibi commissa domum vel residentiam habent, cum jure hanc facultatem casu infirmitatis vel absentiae cuicunque sacerdoti a te seligendo subdelegandi.
4. Praedicandi verbum Dei, et baptizandi, atque administrandi Sacramentum Extremae Unctionis infirmis.
5. Dispensandi in quibuscumque irregularitatibus, exceptis illis, quae proveniunt vel ex bigamia vera, homicidio voluntario, vel ab exercitio ordinis aut jurisdictionis, dum quis ex sententia a Nobis proleta ab illo suspenditur.

6. Dispensandi et commutandi vota simplicia in alia bona opera, et dispensandi ex rationabili causa in votis simplicibus castitatis et religionis; exceptis tamen iis quae emittuntur in societibus religiosis sive virorum sive mulierum in Nostra dioecesi existentibus.

7. Absolvendi et dispensandi in quacumque simonia; et in reali, dimissis beneficiis, et super fructibus male perceptis, injuncta aliqua eleemosyna vel poenitentia salutari arbitrio dispensantis.

8. Absolvendi ab haeresi et apostasia a fide et a schismate quoscumque, etiam ecclesiasticos, tam saeculares quam regulares; non tamen eos qui ex locis fuerint ubi sanctum Officium exercetur, nisi in locis missionum in quibus impune grassantur haereses deliquerint, nec illos qui judicialiter abjuraverint, nisi isti nati sint ubi impune grassantur haereses, et post judicialem abjurationem illueversi in haeresim fuerint relapſi, et hos in foro conscientiae tantum.

9. Absolvendi ab omnibus casibus Sedi Apostolicae reservatis, etiam in Bulla "Apost. Sedis" 17 Oct. 69 contentis: exceptis casibus expressis in Bulla Benedicti XIV, "Sacramentum poenitentiae" nempe (a) complicem proprium in aliquo peccato contra sextum Decalogi praeceptum; (b) sacerdotem qui complicem suum in dicto peccato absolvere attentaverit; (c) personam sollicitatam, antequam obligationi denuntiandi satisfecerit; (d) calumnia-

100 *Facultates Sacerdotibus Dioecesis concessae.*

tores, qui innoxios sacerdotes apud Ecclesiasticos judiees falso sollicitationis accusaverint.

10. Absolvendi etiam directe in casibus Nobis specialiter reservatis:

- a) aegrotos, quibus S. Eucharistia, etsi devotionis tantum gratia, vel Extrema Unctio administratur;
- b) nupturientes qui in ordine ad Matrimonium confitentur;
- c) eos qui sacris missionibus vel exercitiis spiritualibus operam dant;
- d) detentos in carcere;
- e) eos, qui reservationem vel censuram quo tempore in crimen prolapsi sunt, ignorarunt,

11. Concedendi Indulgentiam plenariam primo conversis ab haeresi atque etiam fidelibus quibuscumque in articulo mortis, saltem contritis, si confiteri non poterint.

12. Largiendi ter in anno Indulgentiam plenariam contritis, confessis ac Sacra Communione refectis, item lueraudi tibi easdem Indulgentias.

13. Singulis secundis feriis non impeditis officio novem lectionum, vel eis impeditis die immediate sequenti, celebrando Missam de requie in quo-cumque altari etiam portatili, liberandi animas secundum tuam intentionem a purgatoriis poenis per modum suffragii.

14. Deferendi SS. Sacramentum occulte ad infirmos sine lumine, illudque sine eodem retinendi

pro eisdem infirmis, in loco tamen decenti, si ab haereticis aut infidelibus sit periculum sacrilegii.

15. Induendi te vestibus saecularibus, si aliter ad loca tibi commissa transire vel in eis permanere non poteris.

16. Retinendi ac caute legendi libros ab Apostolica Sede prohibitos etiam contra Religionem ex professo agentes, exceptis astrologicis, judiciariis, superstitionis ac obscoenis ex professo, ad effectum tantum eos impugnandi; quos tamen diligenter custodias ne ad aliorum manus perveniant.

17. Recitandi Rosarium vel alias preces, si Breviarium tecum deferre, vel divinum officium ob legitimum impedimentum recitare non poteris.

18. Recitandi privatum matutinum cum laudibus diei sequentis statim elapsis duabus horis post meridiem, legitima concurrente causa.

19. Dispensandi super impedimento criminis, neutro tamen conjuge machinante, et restituendi jus amissum petendi debitum.

20. Benedicendi coronas precatorias, cruces et sacra numismata cum indulgentiis consuetis; nec non erigendi Confraternitates B. M. Virg. de Monte Carmelo, Sanctissimi Rosarii et Bonae Mortis cum applicatione omnium Indulgentiarum et Privilegiorum quae Summi Pontifices iisdem Confraternitatibus impertiti sunt — dummodo Cancelarium Nostrum certiorem facias de confraternitibus erigendis.

21. Cum facultas erigendi pium exercitium Viae Crucis necessaria pro unoquoque casu in scriptis ab Ordinario obtainenda sit, semper ad Ordinarium, potius per Cancellariam, recurrendum erit.

22. Benedicendi paramenta et alia utensilia ad Sacrificium Missae necessaria ubi non intervenit sacra unetio; et reconciliandi Ecclesias pollutas aqua ab Episcopo benedicta; et in casu necessitatis, etiam aqua non benedicta ab Episcopo.

23. Dispensandi, quando expedire videbitur, super esu carnium, ovorum et lacteiorum diebus jejunii et abstinentiae.

24. Celebrandi duas Missas diebus Dominicis et Festis de praecepto, quandocumque pro populo tibi commisso necessarium fuerit.

25. Intra fines parochiae assistendi matrimoniis, licet munere cooperatoris seu assistentis fungaris. (Bonus tamen ordo postulat, ut hoc incon-sulto parocho non fiat.)

B. Facultates extraordinarie.

Concedimus facultatem omnibus rectoribus, non vero assistantibus, aegrotos in gravissimo mortis periculo constitutos, quando non suppetit tempus recurrendi ad Nos, dispensandi super omnibus impedimentis matrimonium jure ecclesiastico dirimentibus presbyteratus Ordine et affinitatis lineae rectae ex copula licita proveniente exceptis, dum-

modo matrimonium civile contraxerint aut in concubinatu vivant.

Haec facultas valet etiam pro casu, ubi impedimentum directe tantum existat in parte bene valente, ex. gr. si monialis votis solemnibus ligata bene valeat, et altera pars, sc. vir, sit aegrotus (*C. S. O. 1. Jul. 1891*).

Datum S. Ludovici sub sigillo Nostro, adjecta subscriptione Vicarii Nostri Generalis et Cancellerii die mensis A. D. 19

De Mandato Illni. ac Revni. D. Archiepiscopi.

III. Indulgentiae Nobis concessae.

1. Favores generales.

1. Oratoria Institutorum piorum Archidioecesis Sti Ludovici habenda sunt pro publicis Ecclesiis quoad indulgentias. (*8. Dec. 1896*).

2. Sacerdotes qui in parochiis seu missionibus sunt, lucrari possunt omnes indulgentias plenarias, etiamsi deficiente copia confessarii, ad s. poenitentiae tribunal non accesserunt. (*3. Apr. 1891*.)

3. Fideles, deficiente copia Confessariorum, possunt lucrari omnes et singulas indulgentias per agendo sacramentalem confessionem bis in mense. (*8. Dec. 1896, ad decennium.*)

2. Indulgentiae speciales.

1. Indulgentia plenaria pro pueris et puellis omnium parochiarum Dioecesis S. Ludovici die quo primam communionem recipiunt; item pro eorum parentibus aliisque Christifidelibus qui eadem die ad S. Synaxin accedunt.

2. Indulgentia plenaria pro Christifidelibus omnibus Dioecesis S. Ludovici die quo S. Communione refecti recipiunt Sacramentum Confirmationis.

3. Indulgentia plenaria die festo et per octavam Patroni et Titularis uniuscujusque ecclesiae in Dioecesi, etiam earum quae in posterum, deo donante, aedificabuntur.

4. Indulgentia plenaria diebus Anniversariis Dedicationis et per octavam uniuscujusque Ecclesiae sive jam consecratae sive in posterum aedificandae et consecrandae. (3. Apr. 1891.)

IV. Privilegia Nobis concessa.

1. In baptismo adulorum adhibendi formulam pro parvulis. (6. Febr. 1859) cf. Statut. N. 52.

2. Cantandi Missam de Requiem in duplicitibus. (13. Sept 1829.)

3. Celebrandi Missam de Requiem in duplicitibus ter in hebdomada. (7. Apr. 1902 ad quinquen.)

4. Celebrandi Missam privatam de Requiem die obitus seu depositionis, etiam non praesente cadavere, in festis duplicibus. (*Jan. 1859.*)

5. Celebrandi Missam de Requiem in festis duplicibus bis in mense. (*Jan. 1859.*)

6. Thurificandi in Missis cantatis in duplicitibus I et II classis. (*12. Jan 1897.*) cf. N. 8.

7. Thurificandi in die omnium fidel. defunct. et in Missis exequialibus. (*15. Jul. 1902 ad quinquen.*) cf. N. 8.

8. Transferendi solemnitatem titularium et Sti Ludovici in Dominicam sequentem vel ea impedita antecedentem Missa votiva sol. (*15. Jul. 1902.*) cf. N. 24.

V. Conferentiae theologicae pro Archidioecesi Sti Ludovici.

I. *Regulae generales.*

1. Commissio generalis, ab Ordinario instituta, nomine et auctoritate ejusdem omnia aget, quae ad conferentias pertinent.

2. Haec Commissio exarabit quotannis themata Dissertationum, Casuum, caeterarumque matteriarum, quae in Conferentiis per annum tractandae erunt, eaque a Rmo approbata, et typis im-

pressa, omnibus sacerdotibus, ad quos spectat, per Cancellariam mittenda curabit.

3. Pro unaquaque Conferentia seu Coetu *Moderator* et *Secretarius* deinceps quotannis eliguntur a coetu.

4. Omnes sacerdotes tum saeculares tum regulares curam animarum in hac Dioecesi exercentes, suis conferentiis, tempore et loco constitutis, stricte adesse tenentur. Excusationes in scriptis ad moderatorem mittendae sunt, qui eas Ordinario tradet.

5. Pro unaquaque conferentia seu collatione duo DD. a moderatore in collatione praevia eligendi exarabunt dissertationes de materiis sive ex Dogmatica sive ex Jure Canonico desumptis, seu ad S. Scripturam vel ad rem Sacramentariam vel ad scientiam Pastoralem quam vocant in genere pertinentibus.

6. Casus morales, quaestiones liturgicas etc. omnes coetus socii in scriptis exarabunt et secum afferent — exceptis jubiliariis (supra annos 25 sacerdotii), iisque, qui dissertationes scripserunt. a)

7. Exarationes quum thesium tum casuum fient lingua latina vel anglica.

a) Excipiuntur insuper ab exaratione quum dissertationum tum casuum ii, qui ad Commissionem generalem pertinent, et officiales uniuscujusque conferentiae, moderator sc. et *Secretarius*.

8. Unus vel duo, per sortem, legent solutiones; omnium vero solutiones manuscriptae colligentur et Ordinario tradentur una cum manuscriptis dissertationum, per Commissionem generalem.

9. Qui legitime absunt, praevie mittent scripta quum theses exaratas tum easum solutiones, ad Moderatorem.

10. Quam primum post collationes habitas Secretarii breviculum in iisdem actorum, nec non omnia manuscripta thesum etc., sicut et, casu quo, excusationes absentium Commissioni generali transmittent.

11. Vide Statuta Synod. n. 182.

II. Modus procedendi.

1. *Pater Noster.*
2. *Vocatio nominum* per D. Secretarium.
3. *Leguntur Dissertationes.*
4. *Objectiones* etc.
5. *Casus morales*, (prout supra).
6. *Quaestiuclae pertinentes vel ad liturgiam vel ad facultates, privilegia etc., nostratis concessa.*
7. *Dubia casus ad libitum.*
Casus graviores in scriptis exhibeantur duabus vel tribus “*Casuistis*” a Moderatore constituendis pro solutione in proxima collatione.

8. *Designantur qui in sequente Collatione Dissertationes habebunt, et locus tempusque conveniendi; tunc fient nominationes Officialium etc.*
 9. *Ave Maria.*
-

Conferentiae pro Civitate Sti Ludovici.

1. Omnis civitas dividitur in duas regiones per Viam Mercatoriam (Market Street), et Clerus utriusque regionis iterum in duos Coetus, Rectorum sc. et Assistentium, ita ut omnino *quatuor Coetus* seu Conferentiae efformentur hoc modo:

In Regione Meridionali: I. Coetus Rectorum,
“ . . . “ I. Coetus Assistentium.
“ Septentrionali: II. Coetus Rectorum,
“ . . . “ II. Coetus Assistentium.

2. Uniusquisque Coetus habebit Conferentias Theol. seorsim et separatim, et quidem *bis per annum*.

3. Constituentur ad hoc *duae hebdomadae tempore verno* et aliae *duae tempore autumnali*, eo modo, ut in prima hebdomada feria tertia — Coetus primus Rectorum, et feria quinta — Coetus I. Assistentium; — et in altera hebdomada iisdem diebus coetus II. Rectorum et Coetus II. Assistentium conveniat.

*) Ad I. Coetum civitatis insuper pertinebunt Rectores in Bonne Terre, Festus, Maxville et Mattis Creek.

Ad Coetum II. Rectores in Clayton, Creve Coeur, Bridgeton et Normandy.

4. *Incipient* Collationes hora 2.30 P. M. — et ultra horam quintam non protrahantur.

5. *Quoad locum*, Conferentiae convenient seriatim in paroeciis diversis sicut in Collatione praevia constitutum fuerit.

Conferentiae rurales.

1. Extra Civitatem Sti Ludovici constituuntur 12 *Districtus*, quorum unusquisque duos vel plures comitatus complectitur et qui totidem Conferentias efformant.

2. Collationes Theologicae habebuntur *bis in anno*, tempore verno sc. et autumnali, die et loco, prout a Conferentia constitutum fuerit.

3. In conferentiis ruralibus omnia peragentur ut in Statutis generalibus, et tractabitur de iisdem materiis praescriptis.

PARS SECUNDA.

I. Instructiones de quibusdam Missis secundum Decreta novissima.

1. Missa in ecclesia aliena.

Missa in aliena ecclesia sit semper conformis Kalendario illius ecclesiae. Quae conformitas debet esse omni moda et perfecta, ita ut celebrans, proprio penitus neglecto, omnino Kalendarium ecclesiae alienae sequi teneatur, sive quoad Symbolum, sive quoad Commemorationes, sive quoad Praefationem propriam.

Unicus ab hac regula excipitur casus, si nempe in dicta ecclesia Officium ritus dupli inferioris (scil. semidupl. vel. simpl.) agatur. In hoc casu Celebranti liberum est Missam de Requie peragere, vel votivam, vel etiam de occurrenti Feria. Tunc etiam potest, sed non debet celebrare Missam Officio proprio conformem, sed non ritu votivo, quia Missa Officio proprio conformis semper est festiva, scil. in omnibus conformis Kalendario Celebrantibus.

Nomine ecclesiae hic etiam veniunt Oratoria publica, ut Capellae Episcoporum, Seminariorum, Collegiorum, piarum Communictatum, Hospitalium et Carcerum, nou vero oratoria stricte dicta. (S.R.C. 9. Dec. 1895; 22. Mai 1895; 14. Mart. 1896.)

2. *De Missa pro Sponso et Sponsa.*

1. Benedictio nuptialis impertienda est prout in Missa pro Sponso et Sponsa exhibetur in matrimonio catholicorum intra Missae celebrationem.

2. Benedictio nuptialis prohibetur:

1. Toto tempore clauso.
2. Si mulier sit vidua et benedictionem in aliis nuptiis jam acceperit.
3. Quando sponsi benedictionem infra Missae celebrationem recipere nolunt.
4. In Matrimonii mixtis.

N. B. Ad 2. In hoc casu nec Missa votiva pro sponsis nec commemoratio pro Sponso et Sponsa est facienda.

3. Missa pro Sponso et Sponsa celebranda est quotiescumque mulier benedictionem nuptialem accipit et rubricae non obstant.

4. Ritus Missae pro Sponso et Sponsa est idem ac ritus eujusvis Missae votivae privatae. In colore igitur albo sine Gloria et Credo cum tribus saltem orationibus celebranda est, licet celebretur cum cantu et solemni apparatu.

5. Missa votiva pro Sponso et Sponsa prohibetur:

1. Diebus Dominicis.
2. Duplicibus primae et secundae classis.
3. Infra octavas privilegiatas Epiphaniae et Pentecostes.
4. Vigilia Pentecostes, die octava Corporis

Christi, aliisque diebus duplia secundae classis excludentibus.

6. Praedictis diebus in Missa de die facienda est commemoratio ex Missa votiva pro sponsis (cum omnibus Orationibus quae in eadem Missa pro benedictione nuptiarum habentur), quae additur semper sub conclusione distincta et post orationes a rubricis preeceptas.

7. Quando plures simul copulantur, accepto primum singulorum consensu, et rite celebratis singulis matrimonii, dictaque pro singulis forma: Ego vos etc. nihil obstat, quominus benedictionem annullorum et reliqua fiant in communi per verba generalia. (*S. C. Inqu. 1. Sept. 1841.*)

8. Missa votiva pro Sponso et Sponsa dici et in ea benedictio nuptialis fieri potest etiam in casu, quo sponsi infra hanc Missam S. Communionem non percipiunt (*Decr. S. R. C. 30. Juni 1896, h. 3922*). Curent tamen parochi et animarum rectores adhortari fideles nupturientes ut in Missa, in qua benedictio nuptialis impertitur, communient.

9. Hortandi sunt conjuges catholici, qui benedictionem sui matrimonii non obtinuerunt, ut eam primo quoque tempore petant.

10. Applicatio Missae pro spousis non est necessaria nisi ab iisdem eleemosynam accipiat. Attamen cum danda est benedictio nuptialis Missa votiva pro sponsis celebranda est, licet ipsis non applicetur.

2. *Instructio de Missis Defunctorum.*

In Missali Romano quatuor extant Missae pro Defunctis.

Prima Missa dicitur *a.* in Commemoratione Omnium Fidelium Defunctorum. *b.* cum sua oratione conveniente in die obitus et pro die obitus (i. e. post habitam obitus notitiam) die 3., 7., 30. et anniversario Summorum Pontificum, Cardinalem et Episcoporum. Pro sacerdotibus dici potest prima vel secunda Missa, dummodo semper oratio conveniens adhibeatur.

Secunda Missa cantatur vel legitur in et pro die obitus seu depositionis, neenon in die 3., 7. et 30. aliorum defunctorum.

Tertia Missa in horum anniversario.

Quarta Missa dicitur per annum, dum exigitur Missa pro defunctis extra praefatos dies.

I. De Orationibus et Sequentia.

1. S. R. C. declarat: “*Unam* tantum esse dicendam *Orationem* in Missis omnibus, quae celeb. in Commem. Omnium Fidelium Defunctorum, die et pro die obitus seu depositionis, atque etiam in Missis cantatis, vel lectis diebus 3., 7., 30., et die anniversaria, neenon quandocumque pro defunctis Missa *solemniter* celebratur, nempe sub ritu qui duplice respondeat, uti in Officio quod recitatur post acceptum nuntium de alicujus obitu, et in Anniversariis late sumptis.

2. “In Missis quotidianis quibuscumque sive lectis sive cum cantu, *plures* esse dicendas *Orationes*, quarum *prima* sit pro defuncto vel defunctis certo designatis, pro quibus Sacrificium offertur, ex iis quae inscribuntur in Missali, *secunda* ad libitum, *ultima* pro omnibus defunctis.

3. “Si vero pro defunctis in genere Missa celebretur, *Orationes* esse dicendas, quae pro Missis quotidianis in Missali prostant; eodemque ordine quo sunt inscriptae.

4. “Quod si in iisdem quotidianis Missis plures addere *Orationes Celebranti* placuerit, uti Rubricae potestatem faciunt, id fieri posse tantum in Missis lectis impari cum aliis praescriptis servato numero, et *Oratione* pro omnibus defunctis postremo loco assignata.

5. “Quod denique ad *Sequentiam* attinet, semper illam esse dicendam in quibusvis cantatis Missis. Recitanda est etiam in lectis, quae diebus ut supra privilegiatis fiunt: in Missa lecta quotidiana, vel recitari posse vel omitti ad libitum celebrantis juxta Rubricas.” (*S. R. C. 30. Jun. 1896.*)

II. De Comm. Omn. Fid. Def. et Missa Exsequiali.

1. Ubi pro solemni Adoratione 40 horr. die
2. Nov. exposita sit SS. Eucharistia Missae Omn. fid. def. dicendae vel cantandae extra Altare Expositionis colore violaceo. Una Missa sit de SS.

Sacramento (vel pro Pace), reliquae col. viol. pro defunctis.

2. *Missa exequialis* cantari vel in casu pauperum legi (etiam extra casum pauperum, apud nos, ex privil. a. 1859) in dupl. min. et maj., potest — in depositionis die praesente cadavere — vel cadavere e causa gravi non praesente, eo insepulto, sive eo sepulto non ultra biduum.

3. Hanc Missam exequialem *impedient*: 1. Omnia festa de praecepto, nempe, Dominica Paschae et Pentecostes, Nativitas, Ascensio, Imm. Conceptionis, Assumptio Deiparae, et festum Om. Sanctorum: In festis suppressis vero (Epiphania, Annuntiatione B. V., Nativit. S. Joannis et f. S. Joseph) ubi abrogata est obligatio pro populo, neque moris est, ea solemniter in ecclesia celebrare, *probabiliter* Missa *cantata* exequialis celebrari potest, praesente cadavere. (Confer. resp. 16. Nov. 1898, quo S. R. C. rem indecisam relinquit.) 2. Dominicæ solemnitatis festi ex indulto translati, i. e. apud nos Dom. post Corpus Christi et Dom. post Fest. SS. Petri et Pauli. 3. Ultimum triduum majoris Hebdomadae. 4. Festa solemniora localia, hoc est: Patronus loci praecipuus (apud nos praeter Imm. Conc. patroni legitimi vix habentur), Dedicatio et Titulus Ecclesiae propriae. 5. Tempus solemnis Expositionis Eucharistiae. 6. Pro Ecclesiis Parochialibus unam tantum habentibus Missam: Feria IV Cinerum et vigilia Pentecostes, si fieri debeat

benedictio Fontis, atque etiam dies S. Marci et Rogationum, si fiat processio.

4. Si in Comm. Omn. Fid. Defunct. ocurrat celebrari (sive in cantu, sive non) Missam exequialem, haec sit de die obitus, non omissa vero Missa Omn. Defunct.

5. Quodsi M. exequialis intra biduum a depositione celebrari nequeat propter impedimentum liturgicum, differri potest (sed unica tantum) ad primam diem non impeditam festo 1. cl. vel Dominicā.

6. Missas privatas (formulare II in die obitus) ultra Missam exequialem, insepulto, praesente vel sepulto non ultra biduum cadavere impediunt:
a) dupl. 1. cl. b) Dominica. c) Vigilia Nativ. et Pentec. d) dies infra Oct. Paschae et Pentec. e) fer. 4. Cin. et dies octava (non infra octavam) Epiph. — Sed istae Missae privatae dici possunt solummodo ipso die quo celebratur Missa exequialis. Extra hunc diem vero iis tantum diebus, quibus licitae sunt Missae quotidianae defunctorum.

NOTA: Has Missas privatas de requie in die obitus permisas non esse, nisi applicentur pro defuncto. 2. Dictas Missas privatas esse in casu permissas tantum sub conditione, ut Missa cum cantu non omittatur.

7. Missa post acceptum nuntium mortis (a locis dissitis) cantari (vel in casu pauperum legi) potest ut in die obitus diebus non impeditis dupl. 1. et 2. classis et Dominica (et diebus festa I. cl. exclud.) — die proxima libera post acceptum nuntium.

III. De Diebus III, VII, XXX et de Anniversariis.

1. Missam solemnem aut cantatam diebus III, VII, XXX et anniversaria ab obitu vel depositione *impediunt*: 1. Duplicia I et II classis. 2. Dominicae ac festa de praecepto. 3. Vigiliae Nativitatis D. N. et Pentecostes. 4. Dies infra Octavas Nativitatis, Epiphaniae, Paschae, Pentecostes et Corporis Christi. 5. Feriae IV Cinerum. 6. Tota Hebdomada major. 7. Tempus Solemnis Expositionis Eucharistiae. 8. Pro Ecclesiis parochialibus unam tantum habentibus Missam: Dies Rogationum, si fiat processio. Missa, ut supra, impedita (propter impedimentum liturgicum tantum) vel anticipare vel transferri potest ac debet in primam diem a superioribus impedimentis liberam.

2. Die 3., 7., 30 et anniversaria unica tantum Missa et quidem cantata tantum privilegiata est diebus quibus prohibetur Missa quotidiana.

3. *Anniversaria stricte dicta* sunt Missae cum cantu — sive fundatae a testatoribus pro die obitus aut depositionis, aut alia determinata die — sive non fundatae ad petitionem viventium (dummodo cantentur in anniversaria die obitus seu depositio-
nis).

4. *Anniversaria late sumpta* sunt Missae, quae a religiosis Communitatibus, confratern. et aliis sodalitiis pro confratribus defunctis semel in anno fieri solent, neenon illa, quae pro fidelium pietate infra Octiduum Omn. Fid. Def. locum habent.

Oratio unica, Missa quarta. Anniv. late sumpta apud nos (e privil. a. 1829) cum cantu celebrare licet iisdem diebus ac anniv. stricte sumpta, etiam in dupl. maj.

5. Diebus quibus licitae sunt Missae quotid. etiam legi possunt Missae anniversarii cum unica oratione.

IV. De Missis quotidianis.

Missam quotidianam de requie impediunt:
 1. Festa duplia: (sed apud nos extant privilegia special. pro missis defunct.) 2. Dominicae. 3. Vigiliae Nativitatis D. N., Epiphaniae, et Pentecostes. 4. Dies infra eorumdem festorum octavas, atque etiam Paschae et Corporis Christi. 5. Feria IV Cinerum. 6. Integra Hebdomada major. 7. In Ecclesiis parochialibus ubi una tantum Missa habetur, etiam dies Rogationum, si fiat processio.

Missa de requie, etsi solemnis, nisi ad illas privilegiatas pertineat, de quibus locuti sumus (sub II et III) item uti privata habenda est.

V. Privilegia.

1. In sacellis coemeteriorum Missae defunct. permittuntur (8. Jun. 1896) diebus non imped. festo dupl. 1. vel. 2. cl., Dominicis, feriis, Vigiliis et Octavis privilegiatis.

2. Die 13. Sept. 1829 Pius VIII, ad prec. Rmi Ep. S. Lud. et Admin. Apost. Novae Aureliae Jos.

Rosati, concessit, ut Missae solemnes (quamv. sine Ministr.) Defunct. celebrari possint in fest. dupl. i. e. dupl. min. et maj. Hoc priv. certo valet per Stat. et Territoria, quae eo anno dictis duabus dioecesibus comprehendebantur scil. *La., Mo., Ills., Iowa, Kans., Minn., Neb., Colorado, Dakot., Idaho, Arkans., Indian Territ., Montana, New Mexico, Oreg., Wash., Wyom.*

3. Die 19. Jan. 1859 Prov. S. Lud. concessum est privilegium: 1. M. priv. de Req. celebr. d. obit. seu depos. praes. vel absent. corpore in dupl.— 2. bis in mense in fest. dupl. extra d. obit. vel deposit. Hoc indultum valet in Statibus et Territoriis: *Mo., Ills., Iowa, Kans., Minn., Neb., Tenn., Wisc., Indian Territ., New Mexico.*

4. Die 7. Aprilis 1902 a S. Rit. Congr. ad quinquennium sacerdotibus hujus archidioeceseos (non vero provinciae) S. Ludovici concessa est facultas, ter in hebdomada celebrandi Missam privatam de Requie in duplicibus minoribus et majoribus. Diebus sub IV, 2—7 memoratis vero stat prohibitio. Notandum est, hoc privilegium privilegio a. 1859 concesso superadditum esse non subrogatum.

II. Varia Decreta abbreviata.

1. Circa SS. Eucharistiam.

1. Non licet superimponere Reliquias, Imagines, flores Tabernaculo in quo SS. Sacramentum asservatur ita ut Tabernaculum pro basi inserviat. (*S. R. C. 3 Apr. 1821.*)
2. In tabernaculo SS. Sacramenti esse non debent vasa sacerorum Oleorum, vel Reliquiae, vel aliud. (*S. C. Episc. 3 Maii 1693.*)
3. Stola pro ministranda SS. Eucharistia extra Missam potest esse coloris officio convenientis vel albi. (*S. R. C. 12 Mart. 1836.*)
4. Quotiescumque S. Communio extra Missam administratur, bursa cum corporali est adhibenda, et quidem de praecepto stricto. (*S. R. C. 27 Feb. 1847.*)
5. Sacerdos in benedicendo populum cum Saera Pixide, debet illam totam cooperire extremitatibus veli humeralis. (*S. R. C. 23 Feb. 1839.*)
6. Non licet novas particulas consecratas cum veteribus miscere, nec licet veteres consecratas species imponere noviter consecratis: sed in alia pyxide vel vase sunt conservandae, nisi statim a sacerdote in Missa sumi possint. (*S. R. C. 3 Sept. 1672.*)

2. *Circa Sacrificium Missae.*

1. Paramenta confecta ex serico, et variis coloribus floribusque intertexta, ita ut vix dignoscatur color primarius et praedominans, usurpari non valent mixtim pro albo, rubro, viridi, etc. (*S. R. C. 23 Sept. 1852.*)

2. Dominica quarta Quadragesimae (Laetare) et Dominica tertia Adventus (Gaudete) color roseus in Missis tum solemnibus tum privatis adhiberi potest. (*S. R. C. 29 Nov. 1901.*)

3. Permitti potest uti Palla a parte superiori panno serico cooperta et auro contexta, dummodo palla linea subnexa calicem cooperiat ac pannus superior non sit nigri coloris aut referat aliqua mortis signa. (*S. R. C. 10 Jan. 1852.*)

4. Si statim post Missam vel post Vespertas Benedictio habetur cum SS. Saer. paramentis ejusdem coloris utendum est ut in Missa vel Vespere, sin vero Benedictio fit separata et distincta a Missa vel Officio, semper adhibenda sunt paramenta albi coloris. (*S. R. C. 20 Sept. 1806.*)

5. Non licet cantare, inter Missarum solemnia, cantica vulgari sermone. (*S. R. C. 12 Mart. 1839.*)

6. Qui celebrat in altari privilegiato pro singulis diebus debet uti paramentis nigris diebus non impeditis ut privilegii indulgentiam consequatur. (*S. R. C. 11 Apr. 1840.*)

7. Sacerdos celebrans Missam in qua chorus tenetur cantare *Credo*, non potest illam prosequi eo tempore quo a choro idem symbolum cantatur. (*S. R. C. 17 Dec. 1695.*)

8. In Missa solemni sacerdos non debet dicere *Ite missa est*, quod dicitur tantum a Diacono; sed debet dicere *Benedicamus Domino et Requiescant in pace*, quamvis eadem cantentur a Diacono. (*S. R. C. 7 Sept. 1816.*)

9. Aqua baptismalis in Parochiis est benedicenda in Sabbatis Paschae et Pentecostes, non obstante quacunque contraria consuetudine, quae omnino eliminari debet. (*S. R. C. 13 Apr. 1874 et 17 Junii 1892.*)

10. Si sacerdos celebrat sine ministro, non debet dicere bis Confiteor ante Introitum. (*S. R. C. Erien. 4 Sept. 1875.*)

11. Sacerdos pronuntians in Canone Missae nomen alicujus Sancti, de quo factum est officium vel saltem commemoratio, facere debet inclinacionem. (*S. R. C. 7 Sept. 1886.*)

12. Preces a SS. Domino Nostro Leone XIII post Missam sine cantu dicendae, recitandae sunt immediate expleto ultimo Evangelio et ante S. Communionem forte distribuendam. (*S. R. C. 23 Nov. 1887.*)

13. Calix et Patena suam amittunt consecrationem per novam deaurationem. (*S. R. C. 14 Jun. 1845.*)

3. Circa assistentiam erga moribundos.

1. Benedictio Apostolica cum indulgentia plenaria juxta Constitutionem Benedicti XIV. "Pia Mater". (5 Apr. 1774), impertiri potest pueris, qui ob defectum aetatis primam Communionem nondum susceperunt. (*S. R. C. 16 Dec. 1826.*)

2. Ut moribundus hanc indulgentiam lucrari possit, requiritur, ut non solum formula a Benedicto XIV praescripta adhibeatur, sed etiam ut mortem aequo animo de manu Dei suscipiat et SS. nomen Jesu ore, si possit, sin minus corde devote invocet. (*S. C. Ind. 23 Sept. 1775 et 22 Sept. 1892.*)

3. Ter recitandum est "Confiteor" ratione administrationis S. Vatici, Extremae Unctionis atque Indulgentiae moribundis impertiendae. (5 Febr. 1841.)

4. Circa ecclesiasticam sepulturam.

1. Sepultura ecclesiastica privantur infideles, haeretici et schismatici, excommunicati notorii et vitandi, qui mentis compotes sibi mortem conciverint, nisi aliquo forsan tempore superstites resipiscentiae signa dederint; qui morti proximi obstinate et coram testibus Sacraenta sibi oblata respuerint; qui notorie scandalosam degerint vitam, nec poenitentiae ullum dederint signum; demum qui duello perierint, dederint vel non dederint resipiscentiae indicia. (*Conc. Pl. Balt. II, 389.*)

2. Non licet dare ecclesiasticam sepulturam se-
ipsos occidentibus ob desperationem vel iracun-
diam (secus tamen si ex insania id accidat) nisi
ante mortem signa dederint poenitentiae. Prae-
terea quando certe constat vel de iracundia vel
desperatione, negari debet ecclesiastica sepultura
et vitari debent solemnitates exequiarum; quando
autem certo constat de insania, datur ecclesiastica
sepultura; tandem si dubium superest utrum mor-
tem quis sibi dederit per desperationem an per
insaniam, dari potest ecclesiastica sepultura, vita-
tis tamen pompis et solemnitatibus exequiarum.
(*S. C. S. O. 16 Maii 1866.*)

5. Circa matrimonium.

Parochus assistens matrimonio mixto licto,
non modo benedicere solemniter nequit, sed etiam
(sine stola et cotta) abstineat a benedictione an-
nulli, et a dicenda forma: Ego vos conjungo, etc.
(*S. C. de Prop. Fide, 5 Juli 1841.*)

6. Circa copulam incestuosam.

1. Hodie ad valorem vel liceitatem dispensa-
tionis opus non est exprimere in supplica copulam
incestuosam habitam cum vel sine intentione ita
facilius obtinendi dispensationem. (*S. O. 25 Jun.*
1895.)

2. Neque hujus copulae aut malitiosae inten-
tionis mentio necessaria est in quibusvis dispensa-
tionibus petendis. (*S. O. 18 Mart. 1891.*)

3. Exinde tamen non licet inferre, nullo in eventu copulae incestuosae mentionem esse faciendum. Incestus adhuc est indicandus ad effectum legitimandi prolem jam natam ex commercio incestuoso vel quoties copula incestuosa fuit causa alicujus impedimenti contracti. Exemplo sit Titius, qui, vivente comparte, copulam habuit cum consanguinea vel affini et matrimonium eidem promisit.

7. De procuratione abortus.

Non solum operatio directe occisiva foetus sed etiam inductio abortus graviter illicita est, quamvis mater in praesenti vitae discrimine sit nec aliud medium illius salvandae detur. (*S. Inqu. 24. Juli 1895.*)

8. Circa benedictionem post partum.

Benedictionem mulieris post partum fieri debere a Parocho, si expeditus ipse fuerit, posse autem fieri a quocunque sacerdote, si expeditus ipse pariter fuerit, in quacunque ecclesia vel oratorio publico, certiore facto superiore ecclesiae. (*S. R. C. 13 Junii 1893.*)

9. Circa facultatem absolvendi tempore navigationis.

Ex rescripto C. S. O. 4 Apr. 1900 quivis sacerdos a proprio suo Ordinario approbatus omnes navigantes toto tempore navigationis valide et

licite absolvere potest, etsi navis durante itinere aliquamdiu consistat in locis diversorum Ordinario-rum jurisdictioni subjectis.

10. *Circa erectionem Stationum Vtiae Crucis.*

Pro legitima Stationum Viae Crucis erectione, Sancta Sedes sub poena nullitatis statuit “quod in erigendis hujusmodi Stationibus, tam Sacerdotis erigentis deputatio ac Superioris localis consensus, quam respectivi Ordinarii, vel Antistitis, et parochi, necnon Superiorum Ecclesiae, Monasterii, Hospitalis et Loci Pii, ubi ejusmodi erectio fieri contigerit, deputatio, consensus et licentia, in scriptis et non aliter expediri, et quandocumque opus fuerit, exhiberi debeant, sub poena nullitatis ipsiusmet erectionis ipso facto incurrendae.”

N. B. Die 27 Maii 1902 Sanctissimus sanavit omnes Stationes Viae Crucis ob defectum formalium invalide erectas.

III. Formulae Variae.

Formula brevissima pro dispensationibus petendis.

Juxta formulam a S. Poenitentiaria approbatam.

(*Tit*)

N. N. annos natus et N. N. annos nata , parochiani mei, humiliter postulant dispensationem super impedimento ut legitimum inter se matrimonium contrahere possint.

*Causae sunt: 1)
2)*

(*Oratores pauperes sunt.....*)

Testor vera esse exposita et oratores pro gratia commendando.

N. N. die

N. N.

Rector Eccles. in

Formula de proclamationibus bannorum in altera ecclesia factis.

Reverende Pater:

Hisce testor, sponsalia inita inter N. N. et N. N. tribus vicibus inter Missarum solemnia in hac mea ecclesia parochiali juxta Decreta S. Concilii Tridentini et statuta hujus dioecesis, promulgata esse, nullumque impedimentum pro matrimonio in eundo innotuisse.

(*L. S.*)

N. N.

Formula de promissionibus in matrimoniiis mixtis.

(To be signed, in duplicate, by the non-Catholic party.)

I, the undersigned not a member of the Roman Catholic Church, wishing to contract marriage with , a member of the Roman Catholic Church, purpose to do so with the understanding that the marriage bond thus contracted is indissoluble, except by death; and I promise that shall be permitted the free exercise of religion according to the Roman Catholic faith, and that all children, of either sex, born of this marriage, shall be baptized and educated in the faith and according to the teachings of the Roman Catholic Church, even if should happen to be taken away by death. I furthermore promise that no other marriage ceremony than that to be performed by the Catholic priest shall take place.

Signed in the presence of the Reverend Priest, at this day of 19

..... } Witnesses.

Formula pro reparacione scandali eorum, qui coram ministro haeretico contraxerunt.

I, having, in defiance of the laws of the Catholic Church, gone before a Protestant minister to be married, and thereby incurred the censure of the Church and given great scandal, do publicly acknowledge my fault, and hereby authorize the Rev.

to read this my declaration before the Congregation
present in church on Sunday, 19

I humbly beg forgiveness of God for my sin, and
pardon of all the faithful whom I have scandalized.

Witnesses:

**Formula brevissima de erectione canonica
confraternitatis.**

Hisce testamur, Nos die mensis
A. D. 19 in Ecclesia sub titulo in
petente ejusdem Ecclesiae Rectore, Rev. D.
confraternitatem (*Purissimi et Immaculati Cordis*
B. V. M. pro conversione peccatorum) canonice in-
stituisse, volentes ut quam primum Archiconfraterni-
tati (*Parisiensi*) aggregetur.

Datum

(*Sigillum.*)

Tabula synoptica quoad parochias fidelium diversarum linguarum.

1. Qui unam tantum linguam callent, et quidem alienam — pertinent ad ecclesiam suee linguae.
2. Qui plures linguas callent, non vero anglicam — possunt se associare ulli ecclesiae, cuius lingua nō sequunt.
3. Qui unam vel plures linguas callent alienas, insuper et anglicam — vel sunt

advenae	possunt ab initio ecclesiae anglicae se adjungere — vel
	se adjungere ecclesiae alienae linguae sibi notae — vel
	prius alienae ecclesiae adjuncti postea ad ecclesiam anglicam transire — <i>et in hoc casu requiritur transitus formalis.</i>
- vel

indigenae	non sui juris: pertinent ad ecclesiam parentum <table border="0"><tr><td style="vertical-align: top;">sui juris</td><td style="vertical-align: top; padding-left: 20px;">possunt apud ecclesiam alienae linguae permanere — vel <table border="0"><tr><td style="vertical-align: top;">in ordine ad matrimonium contrahendum requiritur transitus formalis ad validitatem matrimonii.</td><td style="vertical-align: top; padding-left: 20px;">non in ordine ad matr. contrahendum, sed tandem matr. in ecclesia anglica contrahere desiderant — <i>transitus formalis non necessarius.</i></td></tr></table></td></tr></table>	sui juris	possunt apud ecclesiam alienae linguae permanere — vel <table border="0"><tr><td style="vertical-align: top;">in ordine ad matrimonium contrahendum requiritur transitus formalis ad validitatem matrimonii.</td><td style="vertical-align: top; padding-left: 20px;">non in ordine ad matr. contrahendum, sed tandem matr. in ecclesia anglica contrahere desiderant — <i>transitus formalis non necessarius.</i></td></tr></table>	in ordine ad matrimonium contrahendum requiritur transitus formalis ad validitatem matrimonii.	non in ordine ad matr. contrahendum, sed tandem matr. in ecclesia anglica contrahere desiderant — <i>transitus formalis non necessarius.</i>
sui juris	possunt apud ecclesiam alienae linguae permanere — vel <table border="0"><tr><td style="vertical-align: top;">in ordine ad matrimonium contrahendum requiritur transitus formalis ad validitatem matrimonii.</td><td style="vertical-align: top; padding-left: 20px;">non in ordine ad matr. contrahendum, sed tandem matr. in ecclesia anglica contrahere desiderant — <i>transitus formalis non necessarius.</i></td></tr></table>	in ordine ad matrimonium contrahendum requiritur transitus formalis ad validitatem matrimonii.	non in ordine ad matr. contrahendum, sed tandem matr. in ecclesia anglica contrahere desiderant — <i>transitus formalis non necessarius.</i>		
in ordine ad matrimonium contrahendum requiritur transitus formalis ad validitatem matrimonii.	non in ordine ad matr. contrahendum, sed tandem matr. in ecclesia anglica contrahere desiderant — <i>transitus formalis non necessarius.</i>				

CONSPECTUS RERUM.

	Pag.
I. Acta Synodi.....	3
1. Acta praevia.....	5
2. Acta in Synodo.....	6
Officiales Synodi.....	8
Officiales Dioecesis.....	8
Catalogus Synodarium.....	11
II. Statuta Synodi. Decretum preliminare.....	18
Caput I. De Cultu Divino.....	19
1. de sacrificis Ceremoniis	19
2. de Sacrificio Missae	19
3. de Cultu SS. Eucharistiae.....	23
4. de Praedicatione Verbi	25
5. de Festorum Observantia	27
6. de Exequiis et Sepultura.....	30
Caput II. De Sacramentis.....	33
1. de Sacramentis in genere	33
2. de Baptismo	35
3. de Confirmatione	38
4. de Eucharistiae Sacramento	41
5. de Poenitentia	44
Casus reservati	47
6. de Extrema Unctione	48
7. de Ordine	49
Caput III. De Matrimonio in Specie.....	50
De matrimoniis mixtis.....	57
Caput IV. De Rectu Juventutis Institutione.....	60
1. de Scholis parochialibus	60
2. de Prima S. Communione	62

	Pag.
Caput V. De Cura et Zelo Animarum	65
Societates et Confraternitates Piae.....	67
Societates profanae.....	69
Societates prohibitae	70
Varia	71
1. de Festiv. saecularibus	71
2. de Communione in sacris.....	72
Caput VI. De Vita et Honestate Clericorum....	74
Caput VII. De Rerum Temporalium Adminis- tratione	80
1. de aedificandis et reparandis Ecclesiis etc.	80
2. de Reditibus	82
3. de Salario Rectoris et Assistentium	82
4. de Cathedratico	83
5. de Stipendiis et Stolariis	84
6. de Collectis	85
APPENDIX. PARS PRIMA.....	89
I. Instructiones Pastorales	89
1. de Dispensatione SS. Eucharistiae per modum Viatici.....	89
2. de Absolutione a reservatis	90
3. de Absolutione Moribundorum	92
4. de Matrimonio	94
II. Facultates Sacerdotibus Dioeces. S. Ludovici concessae	97
1. Facultates ordinariae	97
2. Facultates extraordinariae.....	102
III. Indulgentiae nobis concessae	103
1. Favores generales	103
2. Indulgentiae speciales.....	104
IV. Privilegia nobis concessa	104
V. Conferentiae theologicae	105

Conspectus Rerum.

133

	Pag.
1. Regulae generales.....	105
2. Modus procedendi.....	107
Conferentiae pro Civitate S. Ludovici.....	108
Conferentiae rurales	109
PARS SECUNDA.....	110
I. Instructiones de quibusdam Missis.....	110
I. Missa in aliena Ecclesia	110
2. Missa pro Sponsis	111
3. Missae Defunctorum.....	113
II. Varia Decreta abbreviata.....	120
1. Circa SS. Eucharistiam.....	120
2. Circa Sacrificium Missae	121
3. Circa Assistentiam erga Moribundos.....	123
4. Circa ecclesiasticam Sepulturam	123
5. Circa Matrimonium.....	124
6. Circa Copulam incestuosam	124
7. De procuratione Abortus.....	125
8. de Benedictione post Partum.....	125
9. de Absolutione Navigantium.....	125
10. circa Erectionem Viae Crucis	126
III. Formulae Variae	127
Tabula Synoptica.....	130

INDEX RERUM ALPHABETICUS.

- Abortus procuratio 125.
Absolutio a reservatis 90, 99 ss.
tempore navigat. 125.
Acathol. infant. bapt. 38.
Adulorum bapt. 37.
Adventitiorum ex Europa cura 68; cui eccl. ad-
scrib. 65; transitus ad eccl. angl. 65, 130;
eorum descendentes 66.
Altare privil. 121.
Angelorum Cust. fest. 61.
Animarum Cura 65 ss.
Annus scholast. quomodo aper. 61.
Assecuratio 81.
Assistentia in matr. mixt. 58, 124.
Assistentium obligatio 66; salar. 2; sustentatio 83.
Bannorum proclam. 53; in utraque eccl. 53; Dis-
pens. 54; testimonium 127.
Baptismus 35 ss.; Ubi baptiz. 36; Quomodo bapt.
37; priv. 49; neocon. 37; adulorum 37, 104;
inf. acathol. 38.
Benedictiones in Missali 21; post partum 39, 120;
cum SS. Sacram. 23; aquae in Vig. Pent. 122;
in art. mortis 123; puerorum 61.
Bona ecclesiastica 80.
Bulla pro Hollandia 59.
Caeremon. suppl. in bapt. 37.
Casus reservati 47; absolutio 90.

- Cathedraticum 83.
Census animarum 67.
Ceremonial of Baltimore 19.
Charitas fraterna 75.
Choreae in Sabbato 71.
Clericorum vita 74 ss.; vestitus 74, lites civiles 76.
Coena Dni, Missa 28.
Collectae infra div. ofi. 82; annuae 85; regulae
quoad coll. 86; alienorum 87.
Color param in funet. 121; roseaceus 121; niger 12;
in S. Comm. 120.
Commissiones Dioecesis 10; Scholarum 62.
Communio, extra M. 120; in M. de Requie 43;
Paschalis 43; in nocte Navit. 21.
Communio Prima 62 ss.
Concentus sacri 72.
Conferentiae theolog. 77 ss.; 105 ss.
Confessarius 44 ss.
Confessionalia 44.
Confessiones puerorum 62; alienorum, sororum 45;
libertas 82; sigillum 46.
Confirmatio 39 ss.
Confraternitatum erectio 68, 129; comissio 10.
Copula incest. decr. 124.
Cordis SS. M. vot. 22.
Corporis SS. Christi festum 24.
Credo in M. cant. 122.
Crematio Corp. 31.
Debita eccl. 81.
Devotiones: erga SS. Euch. 4; Maji, Octobr. 29;
Quadrag. S. Joseph, S. Spiritus 30.
Dispensatio, quomodo petenda 95 ss., 127; a procl.
bann. 54; in matr. mixtis 58.

- Domicilium, investigatio 50; verum 52.
Domus paroch. sumptus 83.
Ecclesiarum erectio 80 ss.
Electrica Lux 25.
Ephemerid. diffam. 75.
Eucharistiae SS. cultus 23 ss.; sacram. 41 ss.; de-
creta 120 ss.
Examina cleri jun. 76 ss.
Excursiones 71, nocturnae 72.
Exequiarum ritus 30 ss.; in dubio 31; parvul. 32;
pecc. publ. 32; decreta 123 ss..
Expositio SS. per Oct. Corp. Chr. 24; mense Oct. 30.
Extranei celebrantes 20.
Extrema Unctio 48 ss..
Facultates ordin. 97; extraord. 102.
Fairs 71.
Familiae SS. Associatio 68.
Familiae christ. sanct. 69.
Festa de praecepto 27; abrogata 27; Titularis 27,
105; S. Ludovici 25, 105.
Fons baptism. 35.
Formulae 126.
Fundationes Missarum 20.
Funeraria 82.
Gas 25.
Iconographiae 81.
Impedimenta Matrim. 95.
Indigenae, cui paroch. ascrib. 66, 130.
Indulgentiae 103.
Infirmorum temporalia 49; delatio SS. Euch. 42.
Infirm Priests' fund 79.
Instructio de Missis 110; de dispens. Euch. infirm.


- 89; de absol. a reserv. 90; de absol. morib. 92;
de matrim. 94.
- Joseph, S. Devotio erga 30.
- Lampas coram SS. 25.
- Latina Lingua in Sacram. 33.
- Lawn parties 71.
- Libri liturgici 19; parochiales 67; baptism. 36; con-
firm. 40.
- Ligaminis violatio 47, 56.
- Linguae alienae 65, 50; plurium gnari 65, 130; nup-
tientes 50; tabula synoptica 130.
- Lites civiles clericorum 76.
- Ludovici S. festum 28, 105.
- Maji mensis devotio 29.
- Materia in Missa adhib. 20.
- Matrimonium, sacram. 50 ss.; Instructio 94; Testes
73; praesumptum 52; famulorum 51; linguae
alienae nupt. 50, 130; coram ministro haer. 47,
128; extra missam 55, 56; ne tempore clauso
56; nullitatis declar. 56.
- Matrimonium Mixtum 57 ss.; Sponsi deter-
rendi 57; promissiones 57, 128; dispensatio 58;
sine ritu sacro 58, 125.
- Massa quotidie dic. 19; fundatae 20; decreta 121;
sine ministro 122; in al. ecclesia 110; pro
sponsis 55, 111; defunctorum 104, 113; in nocte
Nativit. Dni 21; vot. SS. Cordis 22; in Coena
Dni 28; in Sabb. Sancto 29; Titularis eccl. et
S. Ludovici 28, 105.
- Missiones 26.
- Monialium Confess. 45.
- Moribundi, assistentia 123; absolutio a reserva-
tis 91, 92.

- Nativitas Dni 21.
Navigantium absol. 125.
Neoconvers. bapt. 37, 38.
Nomina in bapt. impon. 35; confirm. 40.
Nullitatis matrim. declar. 56.
Obstetricium instructio 38.
Officiales dioeceseos 8, synodi 8.
Olea sacra, asservatio 34; nova adhib. 33.
Ordinis Sacram. 49.
Parvulorum exequiae 32.
Patrini in bapt. 35; haeretic. 72; in confirm. 40.
Peccatorum publ. exequiae 32.
Pew Rent 82.
Picnics 71.
Plans 81.
Poenitentia, sacram. 44 ss.
Praedicatio verbi 25 ss.; de prima Comm. 64; de
Confirm. 39; de Matrim. 50; de Matr. mixt. 57
Privilegia 104; in M. defunct. 118.
Processiones cum SS. 24; in f. Purific. etc. 29.
Promissiones in matr. mixt. 57, 128.
Purgatorial Society 79.
Quadragesim. Devotio 30.
Quadrag. Hor. Orat. 24.
Rectoris jura ad prim. comm. 63; ad baptism. 65;
ad confirm. 41; ad matrim. 51; ad sacram.
moribund. 65; ad funeralia 82; ad stolaria 84.
Reditus ecclesiae 82.
Relatio annua 81.
Renovatio Specierum 42, 120.
Rosarii SS. devot. 29.
Sabbato S. Missa 29.
Sacramenta 33 ss.

- Salarium Rectoris 82; assist. 82; deficientia 83; reclamatio 83.
Seamnorum locatio 82.
Scandali reparatio in matr. 59, 128.
Scholae parochiales 60 ss.; rectores eas visit. 62; sororum 63; publicae 60.
Scholares assistant Missae quot. 62.
Sepultura 30; decreta 123 ss.; v. Exequiae.
Sigillum Confess. 46.
Societates piae 67 ss.; pro clericis infirmis 79; pro sac. defunct. 79; profanae 69; prohibitae 70.
Solemnitas Titul. et S. Lud. 27, 105.
Sollicitatio in confess. 47.
Spiritus S. devotio ante Pent. 30.
Sponsorum instructio 54, confessio 55, Missa 55, 111; privil. sponsae 51.
Stipendium pro Missa 84.
Stolaria 84.
Stolae color in S. Comm. 120.
Synodalium catalogus 11.
Tabernaculum 120.
Templa protestantium, cooperatio 72; frequentatio 72.
Temporalium administratio 80 ss.
Tempore clauso ne matrim. 56.
Testamenta 49.
Thurificatio in M. cant. 22, 105.
Titularis eccl. f. 27, 105.
Transitus ad paroch. anglicam 30, 50; tabula synop-tica 130.
Triduum hebdom. S. 28.
Vagorum matrim. 52.
Vestes sacrae in saecram 34, 98.

- Vestitus cleric. 74.
Viae Crucis erectio 126.
Viatici dispens. 89.
Vocatio puerorum 49.





CATHOLIC THEOLOGICAL UNION
BX8351902 A21902 C001
SYNODUS DIOCESANA STI. LUDOVICI QUARTA



3 0311 00056 3366

BX 835	C-1	38737
1902 Catholic Church in the U.S.		
AUTHOR	St. Louis, Missouri (Diocese	
.A2	Synod, 1902	
TITLE	SYNODUS DIOCESANA STI LUD-	
1902	OVICI QUARTA.	
DATE DUE	BORROWER'S NAME	

249.0853 #13A 1
 S145sy 2158

BEFORE TAKING BOOK
 from library, remove slip; put your name
 and date on it and place it in the box pro-
 vided

38737 c.1

WHEN RETURNING BOOK
 return the slip to the pocket and replace
 the book in its proper place.

A BOOK IS NO GOOD
 UNLESS YOU CAN FIND IT
 WHEN YOU NEED IT
 Your cooperation in keeping an orderly
 library will enable you to get the best
 possible service from your library.



3 0311 00056 3366

B